et ⁊ uias peccato rum extermina bit regnabit do
minus in e ter num deus tu us sy on in
seculum se cu li. Secr:

DIs nobis dne mysteriis conferat. quo
tidiana desideria mitigantes. discam
amare celestia. P. Co M odicum ⁊ non uidebitis me iterum mo dicum ⁊ uidebitis me quia
uado ad patrem iter ⁊ ac via. Compl.

SacramTa que sumpsimus dne ⁊ spiri
talibus nos instruant alimentis. ⁊
corporalib; tueant auxiliis. P.

CANTATE DNO CANTICVM Dom. IIII.

nouum ⁊ ac uia quia mirabilia fecit dominus
⁊ ac uia ante con spectum gentium reuela uit iusti

tiam suam. ac v ia. ac v ia. ℣ Saluabit sibi dextera ei. ac.b.

O s̄ qui fidelium mentes uni⁹ efficis uo
luntatis. da ppl̄is tuis id amare qd̄
p̄cepis. id desiderare qd̄ p̄mittis. ut in
ter mundanas uarietates ibi nr̄a fixa
sint corda. ubi uera sunt gaudia. ℟.

Kal. Omne datū optimū. Iacobi. a.
Ac omne donū p̄fectū desursū est.
descendens a patre luminū. apud quē
non est transmutatio. nec uicissitudinis
obumbratio. Voluntarie genuit nos
uerbo ueritatis. ut simus initium ali
quod creaturę eius. Scitis fratres mei dilec
tissimi. Sit autem omis homo uelox
ad audiendū. tardus autem ad loquen
dum. et tardus ad irā. Ira enim uiri. ius
ticiā dei non opat̄. Propter quod abicientes
omnem immundiciā. et habundantiā
malicię. in mansuetudine suscipite
insitum uerbum. qd̄ potest saluare ani
mas uestras. ℣ Alia In die resurrectionis mee.

Ae via.

Oportebat patiam resurgere a mortuis et ita intrare in gloriam suam.

In illo tempore dixit dominus. Vado ad eum qui me misit. et nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Sed quia hec locutus sum vobis. tristicia implevit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis. expedit vobis ut ego vadam. Si enim non abiero. paracletus non veniet ad vos. Si autem abiero. mittam eum ad vos. Et cum venerit. ille arguet mundum de peccato. et de iustitia. et de iudicio. De peccato quidem. quia non credunt in me. De iustitia vero. quia ad patrem vado. et iam non videbitis me. De iudicio autem. quia princeps mundi huius iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere. sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille spiritus veritatis. docebit vos omnem veritatem. Non enim lo

quetur a semetipso. s; quecũq; audiet
loquet. & que ventura s adnuntia
bit uobis. Ille me clarificabit. quia
de meo accipiet & adnuntiabit uo
bis. ℣ Iubilate deo omnis ter ra iubila
te deo omnis ter
ra psalmum di cite no mini ei us ucnite &
audite & narrabo uobis om nes qui timetis de
um quanta fecit dominus a nime mee Al
D s qui nos phu sacri SECRETA.
ficii ueneranda ẽmetia uni sumq;
diuinitatis participes effecisti pia qs.
ut sicut tua cognoscimus ueritate
sic eã dignis moribus assequamur. P.
Dum uenerit paracletus spiritus ueritatis ille arguet
mundum de peccato & de iustitia & de iudicio ac VIA
A desto dne ds nr. COMPL. ac VIA
ut phec que fidelit pecum. & purge
mur auxilis & periculis omib; cau
Uamur. P. DOMINICA. V.
OCEM LOCVNDITATIS ADNVNTIATE

& audiatur acta nunciatur usq: ad extremum terre
liberauit dominus populum suum acta ia ac via.
Jubilate deo omnis terra. ORATIO.

Os aquo bona cuncta procedunt. largire supplicib; tuis. ut cogitemus ut inspiramur quę recta s. et ut gubernamur cadem faciamus. P. Iacobi apli.

Mi. Estote factores uerbi. et non auditores tantum fallentes uosmetipsos. quia si qs auditor est uerbi et non factor: hic comparabitur uiro cui considerauit uultum natiuitatis suę in speculo. Consideraui enim se et abiit. et statim obliuiscitur qualis fuerit. Qui autem prospexerit in legem libertatis perfecte et permanserit. non auditor obliuiosus. sed factor operis. hic beatus in facto suo erit. Si qs autem putat se religiosum esse non refrenans linguam suam. sed seducens cor suum. huiuana est religio. Religio munda et inmaculata apud dm et patrem

hęc ē: uisitare pupillos ęt uiduas in
tribulatione eorū. ęt immaculatū
se custodire ab hoc sęculo. Alli Indicer
Alli Xpe resurgens cęm. Iohannem
Ri. III. t. dix dns i. d. s. Amen amen di
co uobis. si quid petieritis patrē in no
mine meo dabit uobis. Usq: m ñ pe
tistis quicquā in nomine meo. Petite
ęt accipietis. ut gaudiū uīm sit ple
num. Hęc in puerbis locutus sum uo
bis. Venit hora. cū iā ñ in puerbis lo
quar uobis. s: palā de patre annunti
abo uobis. Illo die in nomine meo pe
tetis. Et ñ dico uobis. quia ego roga
bo patrē de uobis. Ipse enī pat̄ amat
uos. quia uos me amastis ęt credidis
tis quia ad ō exiui. Exiui a patre. ę
ueni in mundū. Iterū relinquo mun
dum. ęt uado ad patrē. Dicunt ei dis
cipuli ei. Ecce nunc pa[illegible]lam loque
ris. ęt puerbium nullū [illegible] dicis. Nunc

ſcimus quia ſcis omia. ē opus eſt tu
bi. ut quis te interroget. In hoc cre
dimus. quia ado exiſti. OF B
enedicite om
nes domino de o noſtro ē ob audite uo cem laudis eius qui
poſuit animam meam aduitam ē non dedit commoueri pe
des me os benedictus dominus qui non amouit deprecati
onem me am ē miſericor diam ſu am amen ae via.

Suſcipe dne fidelium preces. SECRETA.
cū oblationib; hoſtiarū. ut phēc pie
deuotionis officia ad celeſte gl'am
tranſeam. P. CO
Cantate domino ae uia can
tate domino benedicite nomen eius be ne nuncia te
de die in diem ſalutare eius ae uia ae uia. COMPL.

Tribue qs nobis dne celeſtis menſe
ui tuae ſaciatis. ē deſiderare que re
ta ſunt. ē deſiderata pcipere. P. ALLELUIA
EXAVDIVIT de templo ſancto ſuo Mauore.
uocem meam ae uia ē clamor meus in con
ſpectu eius in uoi uit in aures eius ae via ae via.
Diligam te dne uirtus mea. dns firmamen. m. OR.

ORA qs omps ds. ut qui in afflictio

ne nra de tua pietate confidimus. con
tra aduersa oma tua semp. protectione
muniamur. ℣. Lect. c. b. Iacobi apli.
Ali. Confitemini alterutrū pec
cata ura. et orate pro inuicē ut
saluemini. Multū enī ualet deprecatio iusti assidua. Helias homo erat similis nobis passibilis. et oratione orauit. ut n̄ pluueret super terra. et n̄ pluit annos tres. et menses sex. Et rursum orauit. et cēlū dedit pluuia. et terra dedit fructū suū. Siquis autē ex uobis errauerit a ueritate et conuerterit quis eū. scire debet quia qui conuertere fecerit peccatorē ab errore uię suę saluabit animā eī a morte. et operit multitudinē peccatorū. ℣. Levia

Confitemini domino quoniam bo
nus quoniam in se cūlum misericordia eius.
℟. Ite. T. D. D. Quis urm habebit Luca
amicū et ibit ad illū media nocte et

dicet illi. amice cōmoda mi tres pa
nes. quoniā amicus meus uenit de
uia ad me. et nō habeo qd̄ ponā ante
illū. et ille de intus dicat. noli mihi
molestus ēē. iam hostiū clausū est. et
pueri mei mecū sunt in cubili. et nō
possum surgere et dare tibi. Et ille
si perseuauerit pulsans. dico uobis.
et si nō dabit illi surgens eo qd̄ amicus
ei sit. pptr̄ impbitatē tamen ei surge
et dabit illi. quot quot habet ne
cessarios. Et ego uobis dico. Petite. et
dabitur uobis. Querite. et inuenie
tis. Pulsate. et aperietur uobis. Omis
ni qui petit accipit. et qui querit in
uenit. et pulsanti aperietur: Quis
autē ex uobis patrē petit panē. nū
quid lapidē dabit illi. Aut piscem.
nūqd̄ pp̄ piscē serpentē dabit illi. Aut
si petierit ouum. nūquid porriget
illi scorpionē. Si ergo uos cū sitis ma

tu nostis bona data dare filiis uris.
quanto magis pater uester de ce
lo dabit spiritu bonu petentibus
se. of Confitebor domino ni mis in ore me o
e in medio multo rum laudabo e um qui adsti
tit ad dex teram pauperis ut sal uam fa ceret
a per se quanti bus a nimam me am ae
uia. v Ad iuua me do mine de us me us sal
uum me fac propter miserior diam tu am ut
sciant quia ma nus tua hec tu domine fecisti e
am. v Qui insurgunt in me con
fundantur ser uus tu us le ta bitur
in duantur qui de trahe bant michi reuerentia.

Hec munera dne qs. eccle sia Secr.
nre pravitatis absoluant. et tue no
bis misericordie dona concilient. P.

Co Petite et accipietis querite et inuenie tis pulsa te
et aperietur uobis omnis enim qui petit acci pit et
qui querit in ue nit pulsan ti aperietur ae vi

Vota nra qs dne pio fauore Comp.
prosequere: ut dii dona tua in tribula

tione percipimus. de consolatione
nra in tuo amore crescam. P. Hymnus
OCTAVA LOCVNDITATIS. Ascensionis dni.
UPRA qs omps ds. ut nr̃e men
tis intuitu. quo sollempnitatis uenu
re gloriosus auctor ingressus est
semper intendat. et quo fide pgrin.
conuersatione pueniat. P. Ad Ephesios.
FRS. Vnicuiq; nrm data ē gra.
secdm mensurā donationis xpi.
Propter qd dicit. Ascendens in altū.
captiua duxit captiuitatē. dedit do
na hominib;. Quod autē ascendit.
quid ē nisi quia et descendit prius
in inferiores partes terre. Qui de
scendit. ipse ē et qui ascendit super
omēs celos. ut adimpleret oīa. Et
ipse dedit quosdā aptos. quosdam
autē pphas. alios uero euangelistas.
alios autē doctores et pastores. ad
consumationē scōr̄ in opus ministe

rii. in ædificationē corporis xpi. donec
occurramus omēs in unitatē fidei. et
agnitionis filii dei. in uirū perfectū. in
mensurā ætatis plenitudinis xpi.

Alle. Omēs gentes. p. Alle. Xpē resurgens. Iohm.

Iohn. xvii. Subleuatis ihe oculis in cē
lum dixit. Pater: uenit hora. clarifi
ca filiū tuū. ut et filius tuus clarifi
cet te. Sicut dedisti ei potestatē om
nis carnis. ut omne qd dedisti ei. de
at. uitā ætērnā. Hæc est autē uita ētna.
ut cognoscant te solū uerū dēm. et
quē misisti ihēm xpēm. Ego te clarifi
cauī super terrā. opus consūmauī. qd
dedisti mihi ut faciā. Et nunc cla
rifica me tu pater apud te ipsū.
claritate quā habui pri quā mun
dus esset apud te. Manifestauī nomen
tuū hominib; quos dedisti mihi de
mundo. Tui erant. et mihi eos dedis
ti. et sermonē meū seruauerunt. Nunc

cognouerunt. quia omnia quæ dedisti
michi. abstra sunt. quia uerba quæ de
disti michi dedi eis. & ipsi acceperunt
& cognouerunt uere. quia ait exiui
& crediderunt uere. quia tu me misisti.
Ego pro eis rogo. non pro mundo rogo. sed pro
his quos dedisti mihi. quia tui sunt. Et mea
omnia tua sunt. & tua mea sunt. & clarificatus
sum in eis. Et iam non sum in mundo. &
hi in mundo sunt. & ego ad te ue
nio. ℣ Viri galilei quid admiramini aspi
cientes in cælum hic iesus qui
adsumptus est a uobis in cælum sic uenit et
quemadmodum uidistis eum ascenden
tem in cælum ℣ Cumq; in uerten
tur in cælum ecce duo uiri adstiterunt iuxta illos
in uestibus albis qui dixe
runt. Sic.

Sacrificium domine pro filii tui sup Secr.
plices ueneranda nunc ascensione
deferimus. præstamus. ut nos ipsum

his cōmercuis sacro seis ad cēlestia con
surgamus. ℣. Cō Pater cum essem cum eis ego
seruabam eos quos dedisti mihi ac una nunc au
tem ad te uenio non rogo ut tollas eos de mundo sed
ut serues eos a malo acuia ac via. Comm.

Tribue qs dne ut phēc sacramēta que
sūpsimus. illuc uendat nrē deuotio
nis affectū. quo uerū ē nra substantia. ℣

- h dic - sancto.

IRIGALI
LEI QVID
MIRAMINI
ASPICIENTES IN CELVM AEVI
QVEM ADMODVM VIDISTIS EVM ASCEN
dentem in cēlum ita uenit acuia ac uia ac via.

℣ Omnes gentes plaudite manibus. Oratio.

Concede qs omps ds. ut qui hodi
erna die unigenitū tuū redēp
torem nrm ad cēlos ascendisse cre

dimus. ipsi quoq; mente in cęlestib;
habitemus. Ꝑ. e. Lectio actuū apl̄ōr.

Primum quidē sermonē fecī de
omnib; ōtheophile. quę cępit ihe
facere ⁊ docere. usq; in diē qua p
cipiens aplis ꝓ spm sēm quos elegit
adsumptus est. quib; ⁊ ostēdit se ipsum
uiuū post passionē suā in multis ar
gumentis. ꝑ dies quadragīta appa
rens eis. ⁊ loquens de regno dī. Et
conuescens. pcepit eis ab hierosolimis
ne discederent. sed expectarent pmis
sionē patris. quā audistis inquit
per os meum. quia iohs quidē bap
tizauit aqua. uos autē baptizabi
mini spū sēo. n̄ post multos hos di
es. Igitur qui ēuenerant. interoga
bant eū dicentes. Dne. si in tēpore
hoc restituis regnū isrl̄. Dixit autē
eis. Non est uēm nosse tēpora uel mo
menta. quę pater posuit in sua po

uestatur: sed accipietis uirtutem sup uenientis spiritus sancti in uos. et eritis michi testes in hierusalem. et in omni iudea et samaria. et usq; ad ultimum terre. Et cum hoc dixisset. uidentibus illis elevatus est. et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumq; intuerentur in celum euntem illum. ecce duo uiri adstiterunt iuxta illos in uestibus albis qui et dixerunt. Viri galilei. quid statis aspicientes in celum. Hic ihesus qui assumptus est a uobis in celum. sic ueniet quem ad modum uidistis eum euntem in celum.

Antiphona. Ascendit deus in iubilatione deus et dominus in uoce tube.

Antiphona. Dominus in syna in sanctuario ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem.

Summi triumphi regis psequamur laude. Qui celi qui terre

regit sceptra infirmitate domitio.
Qui sese pro nobis redimendis
p magnū dedit pretium. Huic no
men extat conueniens ydithun. Nā
transiluit omīs strenuę montes col
liculosq; bethel. Satis de cęlo dedit
in virginalem uentrē inde in pela
gus scī. Post quā illud suo mirifica
uit potentatu terras flegetontis assi
lit tenebras. Principis illius disturb
bato imperio. Qui amplis plurimis in
de erutis mundū illustrat suo iubare.
Captiuitatēq; de terrā in ibi uictor dux
it secū. Et redituuū iam suus se pbu
it seruis et amicis. Denique satis dede
rat hodie maximū nubes polosq; cur
su ppeti transuolans. Celebrit ergo
ppls hunc diē credulus cuius mor
bida ydithun corpora in semetipso al
tis sedib; cęli inuexit dī filius. Et ut
mens iudicē expectat affituruū ut duo

angli frs̄ docuerunt. Qui hc auobis
[redacted] adsūptus ē in cēlū mrū ucm
et ut uidistis eum. Nam ÿ dnhun
nr̄m uocab; sedulis om̄s imploramus.
Vt ad exaudis patris qui sedet spm mit
tat nobis sanctū. In fine sdi ipse q̄q;
semper sit nobiscum. MARCVM.
Ihc. I. Recumbentib; undecim disci
pulis. apparuit illis ihc. et exprobrauit
incredulitatē illorū. et duriciā cordis
quia his qui uiderant eū resurrexisse
non crediderunt. Et dixit eis. Euntes
in mundū uniuersū. p̄dicate euange
liū om̄i creaturē. Qui crediderit. et
baptizatus fuerit. saluus erit. Qui uc
ro n̄ crediderit. condēpnabit̄. Signa
autē eos qui crediderint. hec sequent̄.
In nomine meo dēmonia eicient. lin
guis loquent̄ nouis. serpentes tollent.
Et si mortiferū q̄d biberint. n̄ eos noce
bit. Sup egros manus imponent. et

bene habebunt. Et dns quidem ihe post
quam locutus est eis adsumptus est in celum.
et sedet ad dexteris dei. Illi autem profecti predi
cauerunt ubique. domino cooperante et
sermonem confirmante sequentibus
signis. ℣ Ascendit de us in iubilatione ne
domini nus in uoce tube. Alleluia.
℣ Omnes gentes plaudite manibus iubilate deo in
uoce exultationis. ℣ Quoniam dominus
summus terribilis rex magnus super omnem terram.
℣ Subiecit nobis populos nobis
et gentes sub pedibus nostris. Secreta.

Suscipe dne munera. que pro filii tui
gloriosa ascensione deferimus. et con
cede propitius. ut et a presentibus periculis
liberemur. et ad uitam perpetuam perueniamus. Per.
Communicantes et diem sacratissimum
celebrantes. quo dns nr ihs xpus uni
genitus filius tuus unitam sibi fragilitatem

us nr̃ substantiã in gl̃ tuã dextra collocauit. S. ẽ memor. Co

Psallite domino qui ascendit super cẽlos cẽlorum ad orientem. ac via. Comp

Pra q̃s omps ẽ misericors ds. ut quæ uisibilib; mysteriis sumẽdo percipimus. in uisibili consequamur effectu. P. Dominica. vi.

Exaudi dne uocem meam qua clamaui ad te ac uia tibi dixit cor meum quesiui uultum tuum uultum tuum domine requiram ne auertas faciem tuam a me aduia ac uia. P. Dns illum.

Omps sempiterne ds. fac nos tibi semp devotã gerere voluntatẽ. ẽ maiestati tuæ sincero corde seruire. Ok.

Kal. Estote prudentes. Petri apli. ẽ uigilate in orationib; Ante omia autẽ mutuã in uobismetipsis caritatẽ continuã habentes. quia caritas operit multitudinẽ peccatorũ. Hospitales in uicẽ. sine murmuratione

Alla Regnauit dns super omes gentes deus sedet super sedem sanctã suã

Unus quisq; sicut accepit grām in al
terum ū illā administrantes. sicut bo
ni dispensatores. multiformis grē dei.
Siquis loquitur: quasi sermones dei.
Siquis ministrat. tamquā ex virtute
quā administrat ds. ut in omibus bo
norificetur ds. pr̄ ihm xpm dnm nrm.
Alla. Ascendit ds in iub. Alla Dns in sina. Iohm.
Ix xiiii. Dixit dis. Cum uenerit paracly
tus quē ego mittā uobis a patre. spm
ueritatis qui a patre pcedit. ille testi
monium phibebit de me. Et uos testi
monium phibebitis. quia ab initio me
cum estis. Hec locutus sū uobis. ut non
scandalizemini. Absq; synagogis faci
ent uos. Sed uenit hora. ut omis qui
interficit uos arbitretur obsequium se
prestare deo. Et hec facient uobis. q̄a
non nouerunt patrē neq; me. Sed hec
locutus sū uobis. ut cū uenerit hora
eorū reminiscamini. q̄a ego dixi uobis.
Alla Non uos relinquā orphanos va
et ueniō ad uos et gaudebit cor
uestrum

of Ad ri galilee i. q. Secr. Sacrificia nos dne
immaculata purificent. & mentibus
nris supnę grię dent ugorę. P. Co
P. Pater cum esset. Copt. Repleti dne munę
ribus sacris. da qs. ut in grarū tuarū
semp actione manemus. P. Hoc est. Mysterium
Ih. T. D. D. Ego mitto Secm Lucam.
Ipmissum patris mei in uos. uos autē
sedete in ciuitate. quo adusq; induamini uirtute
ex alto. Eduxit autē eos
foras in bethaniā. & eleuans manib;
suis benedixit eis. Et factū ē dū bene
diceret illis. recessit abeis. & ferebat
in celū. Et ipsi adorantes. regressi sūt in
hierusalē cū gaudio magno. Et erant
semper in templo. laudantes & bene
dicentes dm. Tiburti. & Valeriani. &c.
Sanctis tui dne benedicent te. gloriam regni tui
dicent. ac u[illegible] ia. P. Exultant iusti. Orat.
Ra. quesumus omps ds. ut qui
scorum tuorū Tyburti. Valeriani. &

maximi sollempnia colimus. eorũ cuã
uirtutes imitemur. ℣. Lect. t. a. lobis. a.

Respondens unus de senioribus
dixit michi. Hii qui amicti sũt
stolis albis. qui sunt & unde
uenerunt. Et dixi illi. Dne mi tu scis.
Et dixit michi. Hii sunt qui uene
runt de tribulatione magna. & la
uerunt stolas suas. & dealbauerunt
eas in sanguine agni. Ideo sunt ante
thronũ dei. & seruient ei die ac nocte
in templo eius. Et qui sedet in throno. ha
bitat super illos. Non esurient neq;
sitient amplius. neq; cadet super il
los sol. neq; ullus æstus. quia agnus
qui in medio throni est regit eos. & de
ducet illos ad uiuentes fontes aquarum.
Et absterget deus omnem lacrimã. ab o
culis sanctorum. A E V I A.
Gau de te iusti in do mi no rec tos de
cet con laudatio. Iohannem.

Et fide ñ e i libro

Lect. t. a. lobis. a.

alia bã cui

alia prosa

Ego sum vitis
vera et pater meus

In illo tempore dixit dominus. Hoc est preceptum meum. ut
diligatis inuicem sicut dilexi uos. Maiorem hac dilectionem nemo habet. ut
animam suam quis ponat pro amicis suis. Vos amici mei estis. si feceritis quæ
ego precipio uobis. Iam non dicam uos seruos. quia seruus nescit quid faciat
dominus eius. Vos autem dixi amicos. quia
omnia quæcumque audiui a patre meo.
nota feci uobis. Non uos me elegistis.
sed ego elegi uos. et posui uos ut ea
tis et fructum afferatis. et fructus ues
ter maneat. ut quicumque petieritis
patrem in nomine meo. det uobis.

exorcismus super
letanias in dno

Oremus. Exorciso te creatura salis in nomine patris omnipotentis et filii eius domini nostri iesu christi et spiritus sancti. ut
fiat salutare medicamentum fidelibus. sumptum in uitam æternam. per inuocationem nominis eiusdem domini nostri iesu christi qui
uenturus est iudicare uiuos et mortuos et seculum per ignem. Amen. Oremus. Deus qui ad salutem humani generis multis
utilitatibus creare dignatus es substantiam salis. et eam per seruos tuos benedici iussisti. et quicumque ex ea sumpserit
sanitatem mentis et corporis percipere tribuisti. Tribue quæsumus domine omnipotens pater. ut hanc creaturam salis
quam ad fugandos omnes dæmonum incursus. et omnem nocendi potestatem inimici. ad expellendos morbos. ad
aspersionem domus. ad cetera quæ ad tua sanctificationem pertinent. ad usum fidelium tua benedictione sanctificare
dignatus es. per inuocationem tui nominis. omnis ab ea spiritus nequitiæ. omnis uirtus diabuli. omnis incursus
latentis inimici. omnis phantasma nocens. omnis malignitas hominum malorum. abigatur. et omnis quæ huic creaturæ
insidiatur. per te dominum nostrum iesum christum filium tuum. qui uenturus est iudicare uiuos et mortuos et
seculum per ignem. Amen. Oremus. Deus qui es sanctificatio omnium. et omnes benedictiones tua sanctificatione
consecrantur. et per te omnis creatura sanctificatur. et ad usum hominum adaptatur. et per te omnes creaturæ
tua benedictione sanctificantur. et laudantur. et ad

Mirabilis dns. Secreta. Hostia hæc quæsumus domine
quæ sororum tuarum natalicia recen
sentes offerimus. a uinculis nostræ pra
uitatis absoluat. et tuæ nobis misericordiæ dona conciliet. Per. Communio. Gaudete
iusti in domino et uiuat uos de cet
con laudatio et ad

VIA. Complet.

Sacro munere saciati. supplices te
dne deprecamur: ut quod debite se-
ruitutis celebramus officio. saluatio
nis tue sentiamus augmentum. P.

P. Rote existi me ds a conuentu Georgii mr:
malig nantium et a multitudine operan
tium iniquitatem et a via. Exaudi ds or:

Ds qui nos beati georgii mris tui
meritis et intercessione letificas. ecce
de ppicio. ut qui a beneficia posem.
dono tue gre consequamur: P.

Ad Timotheum. Ste Brite uiri

Memor esto
dnm nrm ihm xpm resurrexis
se a mortuis. ex semine dauid.
secdm euangliu meum. in quo laboro
usq: ad uincula quasi male operans.
sed uerbum dei non est alligatum. Ideo omnia
sustineo ppter electos. ut et ipsi salute
consequantur: que est in xpo ihu cum
gla celesti. Tu autem assecutus es mea
doctrina. institutione. ppositum. fide.

Georgii mr.

Ad timoth.

longanimitatē: dilectionē: patientiā.
pseculiones. passiones. quales mihi
facta s̄ Antiochie. ỳconii. lustris. qua
les pseculiones sustinui. & ex omibus
me eripuit dns. Et omes qui uolunt
pie uiuere. in xpo ihu. pseculionem
patiuntur: A F V IA. Prece
osa in conspectu domini mors sanctorum
ei us. Secdm Iohannem.

Alli cōspectu
Alli cum seqē me

Iohn.

IN illo t. d. d. Ego sum uitis uera. &
pater meus agricola est. Omnē pal
mitem in me non ferentē fructū tol
let eū. & omnē qui fert fructū pur
gabit eū. ut fructū plus afferat. Iā
uos mundi estis. ppter sermonē quē
locutus sum uobis. Manete in me.
& ego in uobis. Sicut palmes ñ potest
ferre fructū a semetipso. nisi manserit
in uite. sic nec uos nisi in me manseri
tis. Ego sum uitis uera. uos palmites.
Qui manet in me & ego in eo hic fert

fructū multū. qua sine me nichil
potestis facere. Siquis in me ñ man
serit. mittet foras sicut palmes & ar
ſcet. & colligent eū & in ignē mittent
& ardet. Si manserit in me. & ver
ba mea in uobis manserint. quod
cumq; uoluerit petetis. & fiet uobis.

℣ Confitebuntur cę li mirabilia tua domine
& ueritatem tua am in ecclesia sancto rum ac
via ac via. ℣ Quoniam quis
in nubibus equabitur domino aut
quis similis erit deo inter filios de i de
us qui glorificatur in consilio sancto rum.
℣ Misericordias tuas domine in eter
num cantabo in generatione &
pro genie adnuntiabo ueritatem tuam
am in ore me o. ac via. SECRETA.

Munera tuę oblata sanctifica. & intercedente beato georgio martire tuo. nos
phę a peccatorū nrorū maculis e
munda. P. Co. Letabitur iustus in domino

no æspiraui in eo æ laudabun tur omnes recti cor
de ac via ac via. COMPL.

Supplices te rogamus omnipotens ds. ut
quos tui refecisti sacramentis. intercedente beato georgio mrte tuo ubi
cuiā placitis moribus dignantur
tribuas de seruire. Pl.

PROTEXISTI ME DS. MARCI euangelistę

Os qui beatū marcū euangelistā
tuū euangelicę pdicationis grā
sublimasti. tribuę qs eius nos semp
er ad mones pficere. æ oratione de
fendi. Pl. ad TIMOTHEVM.

Simulacrido volēs co vij

KARE. Testificor coram dō. æ xpo
ihu. qui iudicaturus est uiuos
æ mortuos. æ aduentū ipsius æ regnum eius. pdica uerbū. insta oportune
inportune. argue. obsecra. in omni
pa. in omni patientia æ doctrina. Erit
enim tempus cū sanā doctrinā nō sustine

bunt. sed ad sua desideria coacerua
bunt sibi magistros prurientes au
ribus. Et a veritate quidē audiui
ent. ad fabulas autē conuer
tentur: Tu uero uigila. in omnib; la
bora. opus fac euangelij: ministerium
tuum impple: sobrius esto. Ego enim iā
delibor: et tempus meę resolutionis
instat. Bonum certamen certaui. cursū
cōsumaui. fidē seruaui. In reliquo re
posita est mihi corona iustitię. quā red
det mihi dns in illa die iustus iudex.
Non solū autē mihi. sed et his qui di
lexerunt adventū eius. Alia P xxxxm Prescola in cons.
Christi. T. D. D. Facilius est camelum Marcum.
lum per foramen acus transire. quā di
uitē intrare in regnū celorū. Quo ma
gis admirabantur: dicentes ad semet
ipsos. Et quis potest saluus fieri. Et in
tuens illos ihc ait. Apud homines im
possibile est. sed non apud dm. Oma

Alla confitebitur
Alla posuisti
Designauit dns et vij

enim possibilia sunt apud dm. Et cepit
a petrus dicere. Ecce nos reliquimus
omnia. et secuti sumus te. Respondit
ihc ait. Amen dico uobis. nemo qui
reliquerit domu. uel fres. aut sorores.
aut patre. aut matre. aut uxorem.
aut filios. aut agros. pptr me et ppt
euangliu. qui n accipiat centies tan
tum nunc in tpore hoc. domos. et
fres. et sorores. et filios. et agros. cu ps
cutionibus. et in sclo futuro. uitam et
nam. OF Confitebuntur celi. SECRETA.

Oblatum marci euglistę tui sollempnitate
ubi munera deferentes. qs dne. ut si
cut illu pdicatio euangelica fecit glo
riosum. ita nos ei intercessio et uerbo
et opere reddat acceptos. P. Co Gaudete. i.
Pasti cibo spiritalis alimonię. Comu.
qs dne ds nr. ut quod mysterio fre
quentam. in recedente beato marco
euangelista atq: pontifice plena ue

leetabi in sog

rnate consequamur: ℣. Natalis mr:

PROTEXISTI. PRA qs omps ds. ut
precedente beato natale mrr tuo. & ecplā stabunt nsp vte ⁊ folū
a cunctis aduersantib; liberemur
in corpore. & a prauis cogitationib; ā Alla cōfitebunt
mundem in mente. ℣. Respondens ā Alla Qm sequime
unus de s. Alla Gaudete iusti. Ego sum uitis.

Repleti sumus ma ne mi sericor dia tu a & ex cē
ultatti mus & delecta ti su mus a e
nia. ℣. Pri us quam fi erent mon tes aut for
mari tur orbis ter ra a se cu lo & in seculum tu
es de us. ℣. Do mine refu gi um
fac tus es no bis a generatio ne & pro genie.

Accepta sit in conspectu tuo dne
nra deuotio. & eius nobis fiat suppli
catione salutaris. p eui solleptnitate
deferuur. ℣. Co Ego sum uitis uera & uos pal
mites. qui manet in me & ego in eo hic fert fructum
multum AE V IA AE V IA. COMPL.

Effecti participatione muneris sa
cri. qs dne ds nr. ut cui exequumur

cultū sentiam effectū. F. In uigilia apl̄or
FRITT BENEDICH. Philippi & Iacobi.
Concede qs omps ds. ut sicut a.
HDIEB; ILL. Q ultitudinis t. d ctiū. a.
credentiū erat cor unū & anima
una. nec quisquā eorū quę possi
debat suū esse dicebat. sed erant il
lis oma cōmunia. Et uirtute mag
na reddebant apl̄i testimoniū re
surrectionis ihu xpi dni nri. & grā
magna erat in omib; illis. Neq; enim
egens quisquā erat inter illos. Quot
quot autē possessores agrorū aut
domorū erant. uendentes afferebant
pretia eorū quę uendebant & pone
bant ante pedes apl̄orū. Diuidebat
autē singulis. put cuiq; opus erat.
Ant̄ Gaudete. I. Fugit. A men amen dico
uobis. quia plorabitis & flebitis uos.
Reqre hdmica. III. post pasca. oF Q colim
rabilis ds. Secre.
Q uneribus nris. Co Gaudete. I. C. S upw dne.

Exclamaverunt ad te dne In die seo.
in tempore afflictionis tue et tu de celo exaudisti
eos alleluia alleluia. ℣ Exultate iusti. Or.

Deus qui nos annua apl̄orū tuo
rum philippi et iacobi festiuitate letificas. prestā qs. ut quorū
gaudemus meritis instruamur ex
emplis. Per. Lectio libri Sapientie.

Stabunt iusti in magna constan
tia. aduersus eos qui se angus
tiauerunt. et qui abstulerunt labo
res eorum. Videntes turbabuntur
timore horribili. et mirabuntur in su
bitatione insperate salutis. dicentes
intra se penitentiā agentes. et pā an
gustia spe gementes. Hi sunt quos ali
quando habuimus in derisū et in si
militudinem improperii. Nos insensati
uitā illorū estimabamus insaniā. et il
lorū finem honorem. Ecce quomodo cō
putati sunt inter filios dei. et inter sanctos

sors illorū est. ℣ Alleluia.

Clamauerunt iusti & dominus exaudiuit eos
& ex omnibus tribulationibus eorum liberauit
eos dominus. ℣ Resurrexit xpe
ex mortuis sicut ipse uoluit & apparuit discipu
lis suis & petro liberator noster dominus.

Hec est sca sollepnitas sollepnitatum. In signum triumpho xpi.
uo deuicit imperiū. Male potens
diaboli. Suo nos preciosso sanguine.
ius de potestate eruens: Recolentes er
go grias agamus nro redeptori. Ex
regum xpe cui angelorū chori iugi
famulantur: Vultu placido homi
nes in tuis laudib; sedulos piis m
uere: Quorū moribus condolens in
tantū humilis factus es ut mortē
subires. Tu deuictis infernalibus
resurgens triūphas. Tu post crucē
p orbem gentib; imperas omnipo
tens filius di. Iohannem.

alla confitebuntur

alla Quando exp

Iohn.

In illo t. d. d. Non turbetur cor ues
trum. neq; formidet. Creditis in dm.
et in me credite. In domo patris mei.
mansiones multe sunt. Si quo mi
nus. dixisse uobis. quia uado pa
rare uobis locu. Et si abiero et ppa
rauero uobis locu. iterū ueniā et ac
cipiā uos ad me ipsū. ut ubi sū ego.
et uos sitis. Et quo ego uado scitis. et
uiā scitis. Dicit ei thomas. Dne. nesci
mus quo uadis. et quom possumus
uiā scire. Dicit ei ihc. Ego sū uia. et ue
ritas. et uita. Nemo uenit ad patre.
nisi p me. Si cognouisstis me. et pa
trem meū utq; cognouisstis. et amo
do cognoscetis eū. et uidistis eū. Dicit
ei philippus. Dne. ostende nobis pa
tre. et sufficit nobis. Dicit ei ihc. Tan
to tpore uobiscū sū. et n cognouis
tis me. Philippe. qui uidet me. uidet
et patre. Quom tu dicis ostende no

bis patre. Non credis quia ego in pa
tre. & pater in me est. Verba que ego
loquor uobis. a me ipso non loquor.
Pater autem in me manens. ipse facit
opera. Non credis quia ego in patre.
& pater in me est. Alioquin. propter
opera ipsa credite. Amen amen dico
uobis. qui credit in me. opera que
ego facio & ipse faciet. & maiora horum
faciet. quia ego ad patrem uado. Et
quodcumque petieritis patrem in nomi
ne meo. hoc faciam. ℣ Confitebuntur celi.

Quesumus domine que per apostolorum tuorum
philippi & iacobi sollempnitate desi
derimus. propitiatus suscipere. & mala omnia
que metimur auertere. ℟. Co Tanto tem
pore uobiscum sum & non cognouisti me philippe
qui uidet me uidet & patrem. aqua non credis quia
ego in patre & pater in me est aqua ac uia.

Quesumus domine salutaribus Compl.
repleti mysteriis. ut quorum

sollepnia celebramus. eorū oratio
nibus adiuuemur: P. Alexandri. euen
CLAMAVERVNT IVSTI tii. Æthiod.
Æ domino audiuit eos Æt ex omnibus tri
bulationibus eorum liberauit eos. B Benedicā. d.
PRA qs omps ds. ut qui sorum
uiorū Alexandri. euentii. Æthio
doli. natalicia colim. a cunctis ma
lis imminentib; eorū intercessioni
bus liberemur: P. t. Respondens. u.
Alleuia. Clamauerunt. i. Resurrexerunt. apc. Fuglin.
Hoc est pceptum meū of. R. epleti sum. m.
Super has hostias qs dne S ECR.
benedictio copiosa descendat. quæ
sanificationē nobis clementer oper
tur: Æ de martyrū nos sollepnitate
letificet. P. Co Gaudete iusti in dno. COMPL.
Refecti participatione muneris sa
cri qs dne ds nr: ut cui exequimur
cultū. sentiamus effectum. P.
In inuentione sce CRVCIS.

NOS AUTEM GLORIARI OPORTET IN CRUCE
domini ihesu xpi nostri in quo est salus uita
et resurrectio nostra per quem saluati et liberati su
mus. ℣ Ds misereatur nrī. et b. ORATIO.

Ds qui in pclara salutifere crucis
inuentione passionis tue miracu
la suscitasti. concede. ut uitalis lig
ni pcio cunte uite suffragia esequa
mur. Qui cū do. Ad galatheas.

Hoc enim scriptum
est uobis
e lxxxxvi

FRes. Confido de uobis in dno.
qd nichil aliud sapietis. Qui autē
conturbat uos. portabit iudicium
quicūq; ē ille. Ego autē fres si circūci
sionē predico. quid adhuc pseqr
onē patior. Ergo euacuatū ē scan
dalū crucis. Vtinā abscidantur
qui uos conturbant. Quicūq; enī
uolunt placere in carne. hi cogunt
uos circūcidi. tantū ut crucis xpi. p
secutionē ñ patiant. Neq; enī qui cir
cūcidunt legē custodiunt. sed uolunt

uos circuncidi. ut in carne ura gtent.
Michi autem absit gtari. nisi in cruce
dni nri ihu xpi. p quem michi mun
dus crucifixus e. ego mundo.

Alla nos at
Alla dulce lignum

A E V I A. Cruci fixus surrexit
a mortuus. A E V I A.
Di cite in gentibus quia do mi nus reg
na uit alig no.

N

Adiutorium nrm in nmo do pe Dms regnauit by. x. ky pi in Salnos fac su. et am
Et si mortifim q bi. n. e. nmo Dne exclude oes eus meus et pi dm mei i. x et
Tu dne extingue oms dyabolicas fraudes et oms hmo gm adusantes nequaciis
et hic ligre vmi pmitcessiom sn Johis evte tua vtute bndicto et oms exco gustis
tes mms et mtcessiob sallime dei genitas mane et omi scoy atq electoy tuoy mt
nemetib aboi custodias et adregm gte tue pducas q vi do vob. Jmcm s. ew fm
pnipnacio dol vb. Oes Dne i. x de omipc qui erqnq pdmb et duob pisab quq mul
hom saadsti qui es vitis vera multiplicat sup nos mam tue pietatis que admodi
fecisti ei pnib mris i mna tua spantib bndic et satiaq hanc edacem vmi qua
adsustenetiom suoq cuoq ebuisti ut obtinuq exco visu fuit nec aplib potatu
diuina potacoie bndcoie tue opulenad replcant et decipienti exlpe quidq de
one saciente mirabilibus eos Benedn. Dol vob. Sccm sn ew fm dsm. Pec
tib quidem discipuli dol vob Oes Dne eus meus et pi dm mei i. x cui
cibo edi se cu omib creata deseruit die pdis subiecta e et metuit et expa
uescat q nos te adauxilia mm mnoctm cui audiens nmc serpens acquescat
hdco fugit Silet vipa et subdola illa q dicit rana mquiescat turpesat scor
pius extinguat regulq vmat et spalangi mchi ocu oprat et oia venenata
et adhuc ferocia reptilia q diabli noxia tenebrat et omis adusc salutis hu
mane dresant radicitus tu extingue omne venenum omis et extingue omis op
nos cui mortifab et uires quas hmo eudaia et mcospti tue oib hbis qs
tu creasti da oculos ut te videant aures ut audiant cor ut magnitudinem tua
intelligant Y. Vnsco dm vm i. x sanctificet hanc creaturam vmi In nomine q
et f. et s. s. am

Erat homo ca:p. ~~Egrr in oct. Epiae cons.~~ OF.

Pro tege domine plebem tuam per sig num
sanc te crucis ab om nibus insidiis inimi
corum omnium ut tu bi gratam exhibea
mus servitutem accepta bi te tibi fiat sa
crificium nostrum. a c uix. SECRETA.

Sacrificiis dnte qd immolam pla
catus intende: ut ab omi nos exuat
bellorum nequitia. & p uexillum sce
crucis filii tui ad conterendas po
testatis aduersariorum insidias. nos
in tuae protectionis securitate consti
tuat. P. PREFATIO.

Vere dignum. Qui salutem humani
generis in ligno crucis constituisti.

off adoratio dni

ut unde mors oriebatur: inde uita
resurgeret. Qui quia lignũ uincebat.
lignũ quoq; uinceret. Per xpm. d. n.

co Nos autem gloriari oportet in cruce domini
nostri ihesu xpi. Per quem mihi crucifixus est mundus et ego mundo. Alleluia

Compl.

Repleti alimonia celesti et spiritali poculo
rogamus quesumus omnipotens deus.
ut ab hoste maligno defendas. qui
lignũ sancte crucis filii tui arma iustitie. per salutem mundi triumphare iussisti. Per eundem.

Floriani mr.

Protexisti. Secreta sicut de sancto georgio.

Protexisti me deus. Lobis autem portam. l.

Deus qui conspicis quia nos undique
mala nostra perturbant. pro qua. ut
beati iohis apli tui intercessio gloriosa nos protegat. Per. Lect. t. Sapientie.

Beatus vir qui inuentus est sine macula

Qui timet dm. faciet bona. Et qui
continens est iustitiam apprehendet
illam. et obuiauit illi quasi
mater honorificata. Cibauit illum

panc uitæ & intellectus. & aqua sa
pientiæ salutaris potabit illum. Et
firmabitur in illo & ñ flectetur: &
continebit illũ & ñ confundet̃. &
exaltabit illũ apud pximos suos.
In medio ecclĕ aperet os ei̇. & imple
bit eũ spũ sapientiæ & intellectus. &
stola glĕ induet eũ. Iocunditatẽ &
exultationẽ thesauri habebit super eũ.
& nomine ẽrno hereditabit illum.
dns ds noster. ℣. Alleluia. Gaudete iusti.
allà posiuisti
allà pristgvt palma
A ccessit ad ihm mat̃ filioq; hebdea.
of Confitebuntur ẽ li. m. t. d. Secreta.
Munerib; nris q̃s dne pcibusq; su
scepts. & ecclesiib; nos munda myst
eris. & clementer exaudi. P. Co Celebrabit iust
Refecti dne panc ecclesti. Comm.
adiuta q̃s nutriam̃ ẽnam. P.
Scti Vi dne. Gordiani & Epimachi.
Da q̃s omps ds. ut qui beatorũ
martrũ tuorũ gordiani & epima

chi sollepnia colimus. corū apud tu
intercessionib; adiuuem. ℟. Respon
dens unde senior. ℣. Ecce. ℟. Preciosa in c.
Ego sum uinus. u. ℟. Mirabilis deus
in sanctis suis deus israhel ipse dabit uir
tutem et fortitudinem plebi suae benedic
tus deus ℣. Exurgat deus et dissipentur inimici eius et
fugiant qui oderunt eum a facie eius.
℣. Pereant peccatores a facie dei sicut
cera pulchrum in conspectu
dei delectentur in letitia. Secreta.

Hostias tibi dne beatorū martyrum gor
diani atq; epymachi dicatas meri
tis benignus assume: et ad perpetuū
nobis tribue: perpetuit subsidiū. ℟.
Gaudete iusti in dno. Complet.

Oes omps ds. ut qui celestia alimenta
percepimus. in ecclesiis; seis sancti
gordiano atq; epymacho. per hec con
tra oma aduersa muniamur: ℟.

Hymn. Achilla. e Panc. m.

ECCE OCVLI DNI Hymn. Achillei. & Panc:
super timentes eum sperantes in misericordia
eius ad vivificandum ut eripiat a morte animas
adiutor. eorum quoniam expectat nostra est ad eum anima ac
vita. Exultate iusti in dno. ORATIO.

PRA qs omps ds. ut qui beati
pancratii martis tui natalicia co
limus. a cunctis malis imminentib;
eius intercessionib; liberemur: P. Et.
Semper nos dne martyrum tuo
rum nereu & achillei foueat bea
ta sollempnitas. & tuo dignos reddat
obsequio. P. t. R. Respondens unus.
Bai. tyburay ~ valer.

choporopij
epla/ lugua sapiētiū
alla gaudete in dni
alla tenmy
Euangeliū
videns ihs turbas
choporum

IA tta. Clamauerunt. i. Resurrexit xpc. Matheū.
HIHT. T. Accesserunt ad ihm phari
sei tentantes eū & dicentes. Si licet
homini dimittere uxorem suam qua
cūq; ex causa. Qui respondens ait
eis. Non legistis. quia qui fecit ab
initio masculū & feminā fecit eos.
& dixit ppter hoc dimittet homo

patrē ⁊ matrē. ⁊ adhærebit uxori
suæ. ⁊ erunt duo in carne unā. Quod
ergo ds̄ cōiunxit. homo nō separet. Dicit
illi. Qd ergo moyses mandauit dari
libellū repudii. ⁊ dimittere. Ait illis.
Qnām moyses ad duritiā cordis uri
p̄ misit uobis dimittere uxores uras.
ab initio autē non fuit sic. Dico autē
uobis. quia quicūq; dimiserit uxo
rem suā nisi ob fornicationē. ⁊ aliā
duxerit. mechatur. Et qui dimissā dux
erit. mechatur. Dicunt ei discipuli eius.
Si ita est causa hominis cū uxore. nō ex
pedit nubere. Qui dixit. Non omnes ca
piunt uerbū istud. sed quib; datū est.

Consecrabuntur ccli. m. t. d. SECRETA.

Munera qs dne tibi dicata sēsica.
⁊ intercedente beato pancratio martyre
tuo p̄ cadē nos placatus intende. Per
Sanctorū tuorū dne merita. Compl.
⁊ achillei tibi grata confessio. ⁊ mu

nera nra commēdet. et tua nobis in
dulgentia semp imploret. P. Cō

Gaudete in dno. COMPL.

Ecclesiam pancratii mris tui dne intercessione placatus. pra qs. ut que temporali celebramus actione. ppetua salutatione capiamus. P. Cōpl.

Qs dne ut beatorū mrm tuorū
nereu et achilleu depcationib;
sacramenta que sūpsimus. ad tue no
bis pficiant placationis augmētū. P.

Concede qs MARIE ad mrcs.
omps ds ad eorū nos gaudia
cēna pungere. de quorū nos uir
tute tribuis annua sollepnitate
gaudere. P. SECRETA.

Super has hostias qs dne bene
dicto copiosa descendat. que et
scificationē nobis clēnter opetur
et de mrm nos sollepnitate gaudere

Offr de sancta trinitate qui on c m magnit tblone tue cānt; Lott.

Supplices te rogamus COMPL.

Concede qs omipe deus ut qui sce et individue trinitatis memoriā agim
tuitate sa spe mēcedente bēt et glosā di gemēce sp vgine Maria cū sab
Anglis et cū orib clcis tuis a morte ānie resurgam Pcede eadem Vo Mal
tistere Ds bēdict es Atta bēdes es Sacrū bēdict Ds principio
Off bēdes sit. Secreta

omps ds. ut quos tuis reficis sacra
mentis. mitis cedentib; sctis mrib; tuis.
ubi cuā placitis moribus dignant
deseruire concedas. P. Gangulfi mr.

PROPITIARE DS. Per eundem.

PROPITIARE DS. Urbani pp & mr.

Oramus omps ds. ut qui
beati urbani mris tui atq; pon
tificis sollempnia colimus. ei apud
te intercessionib; adiuuem. P. Lectio
Memor esto dnm nrm. Alia. Preciosa
go sum uinus. u. of. Confitebuntur cli.
Hec hostia dne qs emundet nra de
licta. & sacrificiū celebrandi subdi
torū tuorū ubi corpora mentesq; scificet. P.
Letabitur iustus in dno. COMP.
Refecti participatione muneris sa
cri. qs dne ds nr. ut cuius excequi
mur cultui. sentiamus effectui. P.

Respice qs omipotens deus mentes nras quas ad sinceritatem ut quod ore mente memoriam sancte et mundi
dne emittis sic et mundi decepti sancti spiritus cooperante mereamur beati et gloriosi de
genitrice sancta virgine Maria cum sanctis angelis et cum omnibus electis tuis adipiscendum nre
fragilitatis sic sit subsidium per eundem dominum. Benedicite dni omnia. Complent. Gratias
omipotens deus sancte donis muneribus depecantes ut quod memoriam sancte et mundi
emittis sumus efficiantur spiritu sancto et mereantur beati et gloriosi de genitrice sancta virgine
Maria cum sanctis angelis et cum omnibus electis tuis inter efficiantur inmentes aspectum dei

Hsabbo. ante.p.c.

EMPTA

VIT DS

ABRA

HAM. ET

DIXIT AD EVM. Abrahā abrahā.
Qui respondit. Adsum. Ait illi. Tol
le filiū tuū quē diligis ysaac. eua
de in terrā visionis atq; offer eum
ibi in holocaustū. sup unū mont
um quē monstrauero tibi. Igitur
abrahā de nocte consurgens. stra
uit asinū suū ducens secū duos iu
uenes. eē ysaac filiū suū. Cumq; com
scidisset ligna in holocaustū. abiit
ad locū quē preceperat ei ds. Die au
tē tertio eleuatis oculis uidit locū
procul. dixēq; puerisuis. Expectate

hic cū asino. ego & puer illuc usq;
ꝓcedentes. postquā adorauerimus
reuertēmur ad uos. Tulit quoq; ligna
holocausti. & imposuit sup ysaac
filiū suū. Ipse uero portabat in ma
nibus ignē & gladiū. Cumq; duo si
mul pgerent. dixit ysaac patri suo.
Pater mi. At ille respondit. Quid
uis fili. Ecce inquit ignis & ligna.
ubi est uictima holocausti. Dixit au
tē abrahā. Dēs pudebit sibi uictimā
holocausti fili mi. Pergebant ergo
pariter: uenerūq; ad locū quē osten
derat ei dēs. In quo ꝯtruxerunt atta
re. & desup ligna cōposuit. Cumq;
conligasset ysaac filiū suū. posuit
eū in altari. sup strucm lignorū. ex
tendit q; manū & arripuit gladiū.
ut immolaret filiū suū. Et ecce an
gelus dēi de cēlo clamauit dicens.
Abrahā abrahā. Qui respondit. Adsū.

Dixitq; a. Non extendas manū tuā
sup puerū. neq; facias illi quicquā.
Nunc cognoui qd timeas dm. & ñ
pepercisti unigenito filio tuo ppt me.
Leuauit abrahā oculos. uiditq; po-
stergū arietē inter uepres hereditē cor-
nibus. quē adsumens obtulit holo
caustū pro filio. appellauitq; nomen
loci illi. dns uidet. Vnde usq; hodie
dicit in monte dns uidebit. Vocauit
autē angls dni abrahā secundo di
cens. Per meipsū iuraui dicit dns.
quia fecisti hanc rem. & ñ pepercisti
filio tuo unigenito ppt me. multi-
plicabo semen tuū sicut stellas cēli. &
uelut harenā quē est in litore ma-
ris. possidebitq; semen tuū portas
inimicorū suorū. & benedicent in
semine tuo oms gentes terre. quia
obedisti uoci meē. Reuersusq; est abra
ham ad pueros suos. abierunt q; si

mul bersabee. et habitauit ibi. O R

O s̄ qui in abrahe famuli tui ope
re humano generi obedientie
exempla p̄buisti. concede nobis et
nr̄e uoluntatis prauitatē fiange
re. et tuorū p̄ceptorū rectitudinē
in omnib; adimplere. P. L ect.

Facta ē sup me manus dn̄i. et
eduxit me in spū. et dimisit me
in medio cāpi qui erat plenus ossib;.
et circūduxit me p̄ea in gyrum.
Erant autē multa ualde faciē cā
pi. siccaq; uehementer. Et dixit dn̄s
ad me. Fili hominis. putasne uiuant
ossa ista. Et dixi. Dne dē tu nosti. Et
dixit ad me. Vaticinare de ossibus
istis. et dices eis. Ossa arida. audite
uerbū dn̄i. Hec dicit dn̄s dē ossibus
his. Ecce ego introducam in uobis spi
ritū et uiuetis. et dabo super uos
neruos. et succrescere faciam super uos

carnes. & super ea tendam in uobis cu
tem. & dabo uobis spm̃ & uiuetis. &
scietis quia ego dns. Et ꝓphau. sic
̃ p̃cepit mihi. Factus ē autē som
nus ꝓphante me. & ecce cōmotio. &
accesserunt ossa ad ossa. unū q̃q;
ad iunctura ̃ sua ̃. Et uidi. & ecce su
per ea nerui. & carnes accesserunt.
& extensa ē in eis cutis de sup. & spi
ritū ñ habebant. Et dixit ad me.
Ꝓphetaꝰ ad spm̃. uaticinare fili
hominis. & dices ad spm̃. Hꝯ dicit
dns ds. A quatuor uentis ꝯdi ue
ni spe. & insufla sup interfectos istos.
& reuiuiscant. Et ꝓphau. sicut pce
perat mihi. Et ingressus ē in ea spe.
& uixerunt. Et steterunt sup pedes
suos. & erat exercitus magnus ual
de. Et dixit ad me. Fili hominis. os
sa hꝯ uniuersa domus israel est.
Ipsi dicunt. aruerū ossa nra ̃. & pit

spes nra. et abscisi sumus. Propter ua
tem hæc dicit ad eos. Hæc dicit dns
ds. Ecce ego aperiam tumulos vros.
et educam vos de sepulchris vris po
pule ms. et inducam vos in tram isrl.
et scietis quia ego dns cum aperuero
sepulchra vra. et eduxero vos de tu
mulis vris pple ms. et dedero spm
meum in vobis et vixeritis. et requies
cere vos faciam. dicit dns omps. O R.
Ds qui nobis pphar vrum ora pcepi
sti. temporalia relinquere. atq; ad
cna festinare. da famulis tuis. ut
quæ aut iussa cognoum. impleare
celesti inspiratione valeam. P. Lect.
Scripsit moyses canticum. et do
cuit filios isrl. pcepitq; iosue
filio nun et ait. Confortare et
estote robusti. tu enim introduces fi
lios isrl in terram quam pollicitus sum. et
ego ero tecum. Postquam ergo scripsit mo

ÿsis legis uerba hui⁹ in uolumine atq;
cōplectit. p̄cepit leuitis qui portaba-
nt archā fēderis dn̄i dicens. Tollite li
brū istū & ponite illū in latere ar-
che fēderis dn̄i nr̄i. ut sit ibi contra
te in testimoniū. Ego enim scio con
tentionē tuā. & ceruicē tuā duriss
mam. Adhuc uiuente me & ingre
diente uobiscū. semp̄ ēstis rebellis
contra dn̄m. quanto magis cū mor-
tuus fuero. Congregate ad me maio
res natu p̄ tribus uras atq; docto
res. & loquar audientib; eis sermo
nes istos. & inuocabo sup̄ eos celū &
terrā. Nouit enī qd̄ p⁹ mortē meā in
que agitis. & declinabitis cito de ui
a quā p̄ecepi uobis. & occurrent uo
bis mala in extremo tēpore. quan
do fecerit malum in conspectu dn̄i.
ut irritetis eū p̄ opera manuū uārū.
Locutus ē ergo moÿses audientibus

uerso ꝓcui sint uerba carminis hui.
Æ ad finē usq; compleuit. TRACT.

Audi de cē lum que lo quar æ audiat uer
ba uerba ex ore me o. ℣ Expectet ut sicut pluuia
eloquium me um & descendat sicut ros uerba
me a sicut ymber super gramina. ℣ Et sicut
nix super fe num quia nomen domini in uo
ca bo. ℣ Date magnitudinem deo nos
tro deus uera opera ei us & omnes ui ꝓ eius
iudi cia. ℣ Deus fidelis in quo non est iniquitas
ius ut & sanctus dominus. ORATIO.

Ds qui nos ad ꝓclebranda festiuu
tatē uiriusq; uestamētu pagimis
instruis. da nobis intelligere mise
ricordiā tuā. ut exceptione pseu
tuū munerū firma sit expectatio fu
turorum. P. LECT.

Apprehendent septē mulieres
uirū unū in die illa dicen
tes. Panem nrm comedem. & uesti
menta nra operiemur: tantūmodo

inuocet nomen tuum super nos. auferet ob
probrium nrm. In die illa erit germen dni
in magnificentia & in gla. & fructus
terre sublimis. & exultatio his qui sal
uati fuerint de israel. Et erit omnis q
relictus fuerit in syon. & residuus in
hierlm. sctus uocabitur omnis q scrip
tus est in uita in hie [illegible] rusalem.
Si abluerit dns sordes filiarum syon. &
sanguinem hierusalem lauerit de me
dio eius in spiritu iudicii. & spiritu ardoris. Et
creauit dns super omnem locum montis
syon. & ubi inuocatus est nubem pdiem
& fumum & splendorem ignis flamantis
in nocte. Super omnem gla[illegible] protectio &
tabernaculum erit in umbraculum diei
& abestu & in securitatem & abscondito
nem. a turbine & a pluuia. TRACT.

Vinea facta est dilecto in cornu
in loco uberi. ℣ Et macheriam circumde
di & circumfo di & plantauit uineam so rech

ℓ

Dedit dñs confessionem sco suo. & excelso in uerbo glę. De omni corde suo laudauit dnm. & dilexit dm qui fecit illum. Et dedit illi contra inimicos potestatem. & stare fecit cantores contra altare. & in sono eorum dulces fecit modulos. Et dedit in celebratione decus. & ornauit tempora usq; ad consummationem uitę. Xpc purgauit peccata ipsius. & exaltauit in eternum cornu ipsius.

℟. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuentus

similis illi qui conserua
ret legem excel si.

Ave via
n uem da
uid ser uum meum ole o sancto me
o unxi eum.

Secm Matheum.

IN illo T. Dixit D. I. D. SS parabolam hanc.
Homo quidam peregre pficiscens. uo
cauit seruos suos. & tradidit illis bo
na sua. Et uni dedit quinq; talenta.
alii autem duo. alii uero unum. unicui
secundum ppriam uirtutem. & pfectus
est statim. Abiit autem qui quinq; ta
lenta acceperat. & operatus est in eis.
& lucratus est alia quinq;. Similiter
qui duo acceperat. lucratus est alia
duo. Qui autem unum acceperat. abiens
fodit in terram. & abscondit pecuniam
dni sui. Post multum uero temporis.
uenit dns seruorum illorum. & posuit
rationem cum eis. Et accedens qui qnq;
talenta acceperat. obtulit alia qnq;

talenta dicens. Dne. q̃nq; talenta
tradidisti m̃. ecce alia q̃nq; sup lu
cratus sum. Ait illi dns eius. Euge ser
ue bone & fidelis. quia sup pauca
fuisti fidelis. sup multa te constituã.
intra in gaudiũ dñi tui. Accessit aũ
& qui duo talenta acceperat. & ait.
Dne. duo talenta tradidisti m̃. ecce
alia duo lucratus sum. Ait illi dns eius.
Euge serue bone & fidelis. quia sup
pauca fuisti fidelis sup multa te con
stituã. intra in gaudiũ dñi tui. OF Hermas m.
O ostias tibi dne, pcomemoratio SEC.
one sci. N. confessoris tui atq; pon
tificis offerimus. supplicẽ depcan
tes. ut sicut illi pbuisti sacre fidei
claritatẽ. sic nobis indulgentiam
largiaris & pacem. P. Cũ Domine quinq;.
S umentes dne gaudia sempiterna
participatione sacramenti. prã qs.
ut beati. N. confessoris tui atq; pon

ruficis cuius natalicia colimus. p
cibus adiuuemur. ℣. De Plurib; pont.
Sacerdotes eius induant s. ℣. Memento.

Exaudi dne pplm tuu. & sco
rū confessorū tuorū. ℟. solle
nia celebrantē temporalis uite nos
tribue pace gaudere. & eterne rep
perire subsidium. ℣. Ad Hebreos.

Frs. Plures facti sunt sacerdotes.
Idcirco qd morte phiberentur
pmanere. Hic autē eo qd maneat in
eternū. sempiternū habet sacerdotiū.
Vnde & saluare in perpetuū potest
accedens pseme ipsum ad dm. semp
uiuens ad intercedendū pro eis. Talis
enim decebat ut nobis esset pontifex
scs. innocens. impollutus. segregatus
a peccatoribus. & excelsior celis fac
tus. Qui n habet cotidie necessita
te. que ad modū sacerdotes prius
pro suis delictis hostias offerre. de

inde ꝓpplí. Hoc enim fecit semel se
offerendo. dñs nr ihc xpc. GR Sacerdotes eius.
Alla Sanctificet dñe. E. Sint lumbi. OF Exultabunt ſ.
reces nras qs dne & tuorum respice
oblationes fidelium. ut ubi gratie
sint in tuorum festiuitate sorum.
& nobis conferant uie ꝓpitiationis
auxilium. P. Co Ego uos elegi de.
epleu sacramento reparationis
humane. pra qs dne. ut ea que
nobis munere dignaris prebere
celesti. phec eadem tribuas nos in
herere domis celestibus. P. De Una cf. q
s iusti meditabitur: Ut de sco Benedicto abb. ñ fuit epe.
ustus ut palma flor. Orat ut de s. Gallo. De vna uirg que
fuit mr.
Me expectauerunt peccatores ut perde
rent me testimonia tua domine intellexi
omni consummationi uidi finem latum
mandatum tuum nimis. P. Beati immaculati in uia.
Ds qui inter cetera potentie tue
miracula. etiam in fragili

uictoriam mr̃ii contulisti. concede
propicius. ut cuius natalicia colim̃.
pceius ad tue exempla gradiamur: ℣.

Oñe ds m̃s exal (libri Sapiencie:
tasti sup̃ uerã habitationem
meam. & pmorte defluentu depcata
sum. Inuocaui dñm patrẽ dñi mei.
ut non deretinquat me in die tri
bulationis meę. & in tempore sup̃
borũ sine adiutorio. Laudabo nom̃
tuũ assiduę. & collaudabo illud
in confessione. & exaudita ẽ oratio
mea. Liberasti me ap̃ditione. & eri
puisti me de tempore iniquo. Prop
terea confitebor. & laudẽ dicã no
mini tuo dñe ds nr: GR. Specie tua. ℣ Prop
Alta Audi filia. ℣. Simile ẽ r: c. the. OF Fil
Suscipe munera dñe quę in SEC.
beatę. ij. mr̃is tuę sollemnitate de
ferimus. cuius nos confidimus patro
cinio liberari. ℣. CO Simile est. r: celorum.

auxiliemur nobis dne sumpta my Cop.
steria. & intercedente beata. ihu. mre
tua sempitna protectione cfirmes. Qui.

Dilexisti iusticiam. De una virgine q̃ n̄ fuit mir:
or. Lect. & cet Regre ihu hat. s. Praxedis v. Co.

Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in va
sis suis cum lampadibus media autem nocte clamor fac
tus est ecce sponsus venit exite obviam xpysto domino.

Alvdeaqvs omnes. De Virginibus.

Scarum virginum tuarum. ihu. dne
introducimur nos ad delectationi
bus munda terrestribus. semp q;
fac intentos ee celestibus. Qui.

Fratres. O et virginibus Ad Corinthios.
preceptum dni non habeo. consilium au
do. tanquam misericordiam consecutus
a do. ut sim fidelis. Existimo g hoc
bonum ee, propter presentem necessitatem.
quo bonum e homini sic ee. Alligatus
es uxori. noli querere solutionem.
Solutus es ab uxore. ne quesieris

uxorē. Si autē acceperis uxorē: non
peccasti. Et si nupserit uirgo. ñ pecca
bit. Tribulationē tamen carnis. ha
bebunt huiusmodi. Ego aū uobis
parco. Hoc naq; dico frēs. tempus
breue ē. Reliquū ē. ut & qui habent
uxores. tanquā ñ habentes sint. &
qui flent tanquā ñ flentes. & qui
gaudent tanquā ñ gaudentes. & q̄
emunt tanquā ñ possidentes. & q̄
utuntur hoc mundo tanquā non
utantur: Preterit enī figura huius
mundi. Volo uos sine sollicitudine ē
Qui sine uxore ē. cogitat quē sunt
hui mundi. quomodo placeat uxo
ri. Et diuisus ē. Et mulier innupta.
& uirgo cogitat quē sunt dñi. ut sit
sēta. & corpore & spū. in xpo ihu
dño nro. ꝗk Anima nra. Atta Adducentur:
F. Simile ē r: c. decē.u. ꝗF Anima nostra. SF
Munera tua nos ds supplicatione
cūctis nos ḡs dē mētis et corporis defēde
pericul. et intercedente bta ⁊ gloiosa dei genitrice
uirgine maria cū bētis apls tuis pet ⁊ paulo
atq; bto bndicto ⁊ oībus scis. salutē nobis tribue
benignus ⁊ pace ut destructis adiutoriis omnibus errori
bus uniuersis cōtra te ut seruiant libertate p ēn.
Secura

scarum uirginū tuarū. ℣. adeliciuſ expediant. & celeſtibuſ imbuant alimentis. ℟. Co. Quinque prudentes. Cop.

Sapientes dne dona ueneranda. qs. ut qui sarū uirginū tuarū. ℣. feſta ueneramur: earū pcibuſ muniamur: ℟. Fr. ii. De Sapientia.

Regre Post Pente coſten.

Ds qui pcoeterna tibi ſapientia hominē cū ñ eet condidiſti. pdiuq; miſericorditer reformaſti. pia qs. ut eadē pectora nra inſpiran te. te tota me nte amemuſ. & ad te toto corde curramus. ℟. Lectio. i.

℣ diebuſ illis. Dixit ſalomon. Sapientie. Ds patrū meorū. & dne mie. qui feciſti omia uerbo tuo. & ſapientia hominē conſtituiſti. ut dominaretur creature tue que ate facta ē. ut diſponat orbem terrarū in equi

Pandi nos ds ſalutar ſm. vt p hui9 ſacramēti vtute acīet ſ nos mēt ſ z cor pis hoſtib9 eueniis gratiaz elniēs in pſenti et gloriam in futuro. p do.

tate & iustitia. & in directione cor
dis iudicium iudicet. da mihi dne
sedium tuarū assistricē sapientiā.
& noli me reprobare a pueris tuis.
quoniā seruus tuus sū ego. & filius
ancille tue. Secūdm Matheum.
In illo t. Respondens ihc dixit.
Confiteor tibi dne pat̄ celi & ter. qa
abscondisti hec a sapientibus & pru
dentibus. & reuelasti ea paruulis.
Ita pater: quō sic fuit placitū ante
te. Omnia tradita sunt mihi a pa
re meo. Et nemo nouit filiū nisi
pater: neq; pa re quis nouit
nisi filius. & cui uoluerit filius
reuelare. Venite ad me om̄s qui la
borati & onerati estis. & ego reficia
m uos. Tollite iugū meū sup uos.
& discite a me quia mitis sum &
humilis corde. & inuenietis req
em animabus uris. Iugū enī meū

Aymdet et munit nos qus dne diuini sacramēti mu
oblatū et intercedente bta ūgine dei genitrice maria cū btis
aplis tuis petro et paulo atq; bto bndicto et omib; sis
acuctis nos reddat et pūsitatibus expiatos et adūsi
tatibus expeditos p eōdm

suauc est. & onus meū leue.

cificetur qs dne hui nrę SEC.

oblationis munus tua cooperante

sapientia. ut tibi possit placere ad

laudē. & nobis pficiat ad salutem. ℣.

nfunde qs dne COMP.

p hęc sca quę sumpsim cordib nris

lumen tuę sapientię. ut te ueracit

agnoscamus. & fideliter diligam. ℣.

FR. III. De Spu sancto.

Ds cui omne cor patet

& omnis uoluntas loquitur:

& quem nullū latet secretū. puri

fica pinfusione sci spc cogitatio

nes cordis nri. ut te pfecte diligere

& digne laudare meream. ℣.

Frs. Vnicuiq; datur AD Corinth.

manifestatio spc ad utilitatem.

Alii quidē pspm datur sermo sa

pientię. alii autē sermo scientię

secundū eundē spm. alteri fides

in eodē spū. alii gratia sanitatū in
uno spū. alii operatio uirtutum.
alii ꝓphetia. alii discretio spirituu
uum. alii genera linguarū. alii
interpretatio sermonū. Hęc autē
omnia opatur unus atq; idem
spc. diuidens singulis ꝓ ut uult.

Secm̄ Iohannem.

In illo t. Dixit d. i. d. s. Si diligitis
me. mandata mea seruate. Et ego
rogabo patrē. & alium paracletū
dabit uobis. ut maneat uobiscum
in ęternū. spm̄ ueritatis quē mun
dus n̄ potest accipere. quia n̄ uidet
eū nec scit eū. Vos autē cognoscetis
eum. quia apud uos manebit. &
in uobis erit.

Sec.

Hęc oblatio dne ds cordis nri
maculas emundet. ut sci spc dig
na efficiatur habitatio. Per.

Comp.

Sacrificiū salutis nrę

compl. Concede qs. ape. de ꝓ stm̄ nos stm̄
voluntatem mereri sedulis. qtis et gra
ab oibꝰ libem̄ et ꝓtiacobꝰ. q. ꝓtoꝰ
mos indulgeat. ꝓ ꝓtiꝰ meream̄
Per eūdem

sumentes. concede nos dne ds pu
rificatis mentibus sepius tue pie
tatis celebrare mysterium. ℣.
Adorate dm omes. Et cet. FR IIII. De angelis.
Rec in vigl. s. Michaelis arch. lectio t. Apocal. Iob. a.
In diebus illis. Dixit mihi angelus.
Scribe. beati qui ad cenam nuptia
rum agni uocati sunt. Et dixit mihi.
Hec uerba di uera sunt. Et cecidi
ante pedes eius ut adorarem eum. &
dixit mihi. Vide ne feceris. con
seruus tuus sum & fratrum tuorum
habentium testimonium ihu. dm
adora. GR. Angelis suis. Alla Laudate dm.
Summi regis archangele
michael. Intende qs nris p
ciibus. Tu dm obsecra, pnobis
ut mittat auxilium miseris.
Te namq; pfitemur esse supernorum
ciuium principem.
Principalis est potestas a dno tibi
eus qui nos a seculi vanitate quos ad bonum
supne vocationis accedis petitibus nris pmissa dis
tribuere et quum nobis qua inte pseuerare insidi
ut petentibus mittas pstidys qd te donante pmissis gra
tiam et mre pfessionis executores effecti ad ea q
pseuerantibus inte pmittis digniatis eis pmingam p

data peccatis saluificare animas.

Idem tuis ppetui potentiã paradÿ
si omnes ciues te honorant superi.

Tu in templo dĩ turibulũ aureum
uisus es habuisse manibus. Inde
scandens uapor aromatũ plurimũ
puenit ante conspectum dĩ.

Quando cũ dracone magno cõmisisti
pretium faucibus illius animas eru
isti plurimas. Hinc maximũ agebat
ur in cęlo silentium milia milium
dicebant salus regi dño. Audi nos
michael angele summe tu palam
descende de poli sede nobis ferendo
opem dñi atq; leuamen indulgentię

Tu nros gabriel hostes, pstere tu ra
phael, egris affer medelam morbos
absterge noxas dilue nosq; fac in
iter cũ gaudiis beatorum. s. lohem.

Initt t. Ascendit ihc iherosolimã.
Est aũ, pbatica piscina quę cogno
ibi dne nre deuotis hostia ymolatis humilit
petimus ut nos sacrificiũ tibi acceptũ effectos
mortificatos spu in odore suauitatis a tripidis et qs
a sclarcu homis ossibus corpalis separati spiũ cũ
a tou sancte eternali ac i mundicia trendri actum i fusa
nobis celitus sanctitate disternas p d

minabatur hebraice bethsayda. qnq;
porticus habens. In his iacebat mul
titudo magna languentiũ. cecorũ.
claudorũ. aridorũ. expectantium
aquẹ motũ. Angelus autẽ dñi secũm
tempus descendebat in piscinã. & mo
uebatur aqua. Et qui prior descen
disset in piscinã post motionẽ aq̃.
sanus fiebat aquacũq; detinebat̃
infirmitate. Fr̃. v. De karitate.

Ds̃ qui iusticiã tuẹ legis in cor
dibus credentiũ digito tuo scri
bis. da nobis fidei. spei. & caritatis aug
mentũ. & ut meremur assequi
quod promittis. fac nos amare quod
precipis. P. Ad Corinthios.

Frs̃. Karitas patiens est. benigna
est. karitas ñ emulatur. ñ agit
perperam. ñ inflatur. ñ est ambiciosa.
ñ querit quẹ sua sunt. ñ irritatur.
eus qui remunerabo sicũ mansiones patris in celo
dilata sem moriũ cor da celestibus bonis ut sena
meant teneant copagine caritatis vna omnes pecc
ta custodiat sobri simplices et quieti gtis sibi data
professionis suẹ quam sumpsit agnoscat concordet illorũ
vita cũ nomine professio sentiat mopere p dmm

ñ cogitat malũ. ñ gaudet sup iniq
tate. congaudet autẽ ueritati. Omia
suffert. omnia credit. omia sperat.
Omia sustinet. Caritas nunquã ex
cidet.

In illo t. Dixit d. i. d ss. Secũ Iohem.

Filioli mei. ad huc modicũ uobiscũ
sum. Quaeritis me & sicut dixi iudeis.
quo ego uado. uos ñ potestis uenire.
Et uobis dico modo. Mandatũ no
uum do uobis ut diligatis inuicẽ.
sicut dilexi uos. In hoc cognoscent
omes quia mei discipuli estis. si dilec
tionẽ habueritis ad inuicẽ. Sxe.

Oes qui nos ad imaginẽ tuã sacramen
tis renouasti & pceptis. pficere gressus
nros in semitis tuis. ut caritatis do
nũ qd fecisti a nobis speratur. phec
que offerimus sacrificia apphend
Spm nobis dne Comp.
tue caritatis infunde. ut quos uno

ag̃s op̃s d̃s meorũ in ueraz delectationũ. qtẽs q̃ p̃ car
nali delectacione vl̃ animi mei cogitacione atq̃z uana hui
seculi ãbicione cõt̃ tuorũ preceptorũ rectitudiẽ pfecti i hac
pseuti vita veniam acquirere merear. pdõ)

celesti pane saciasti. tua facias
pietate concordes. P. eiusdem. s. Fr. vi.

Nos autem gloriari oportet. Ds miser. De s. Cruce.

Ds qui unigenitu tuu pretioso
sanguine uiuifice crucis uexillum scificare uoluisti. concede
qs. ut qui eiusdem sce crucis gaudemus honore. tua quoq; facias ubiq;
protectione gaudere. P. eiusdem.

Fr ks. X pe factus e, pnobis ad philip.
obediens usq; ad mortem. mortem
autem crucis. Propter qd & ds illum
exaltauit. & donauit illi nomen
qd est super omne nomen. ut in no
mine ihu omne genu flectatur. celestium. terrestriu. & infernorum.
Et omis lingua confiteatur. quia
dns ihc xpc. in gla dei patris.

R. Xpe factus e. v. Propter qd. Alleuia

Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri
iesu xpi. Alleuia

Laudi me ops eterne ds. et sancta hac oblacione ut
assumes ea aetrenis desideriis et eternalibus occupisceris.
atq; inuidrii spiritui tentacionibus ita me liberes dignetis
ut eius sci spiritu replere merear. P. eiusdem.

Dulce lignum dulces clauos dulcia ferens
pondera que sola fuisti digna sustinere
regem celorum & dominum.

In illo t. Assumpsit ihc S. Lucam.
duodecim discipulos suos. & ait
illis. Ecce ascendimus hierosolimā.
& consummabuntur omnia que
scripta sunt p̄ ꝓphetas de filio ho
minis. Tradetur enī gentibus &
illudetur: & flagellabitur: & con
spuetur: Et postquā flagellauerint
occident eū. & die tertia resurget

OF Protege domine plebem. Sec.
Hec oblatio dne ab omnibus nos pur
get offensis. que in ara crucis immo
lata. cuiā totius mundi tulit offensā.
Ihc xpc filius tuus dns nr. qui. Pref.
Qui salutē humani g. Co. Hos autem glo.
Refecti cibo potuq; celesti. qs Comp.
omps ds. ut ab hostiū defendas for
midine. quos redemisti pcioso san

iserator. et mūdos dne q̄ pcendo sustentas et ig
noscendo cōseruas da nobis hec sca g̃ sumpsi purificatio
nem mentis et corporis. et meaṛ ablucionem
culparū per dominū nostrū

gunc filii tui dñi nri ihu xpi. Qui tc.

Sabbo de sca Maria.

Concede nos famulos tuos
qs dñe ds ppetua mentis & cor
poris sanitate gaudere. & gloriosa
beate marie semper uirginis in
tercessione a presenti liberari tri
cia. & futura pfrui letitia. Per.

Ab initio & ante
secula creata sum. & usq; ad
futuru selm ñ desinã. & in
habitatione scã coram ipso ministra
ui. Et sic in syon firmata sum. & in
ciuitate sctificata similiter requi
eui. & in hierlm potestas mea. Et
radicaui in ppło honorificato. & in
parte di mei hereditas illius. & in
plenitudine scorũ detentio mea.

℟. Diffusa est g. ℣. Propter ueritatem.

Ave via.

Post partum uirgo inuiola
ta permansisti dei

Hic incipit speculum maioris due minoris due christi due pleniori gratie

F [illegible]

Sedm lucam.

Illo t. Et extollens uocem quedam
mulier de turba. dixit ad ihm.
Beatus uenter qui te portauit.
et ubera que suxisti. At ille dixit.
Quin immo. Beati qui audiunt
uerbum di. et custodiunt illud.

Sec Offerentur regi. Sec.

ua dne ppitiatione et beate ma
rie semper uirginis intercessione.
ad ppetua atq; presente hec oblatio
nobis ꝓficiat ꝓspertate. Per. Prefatio.

Per eterne ds. Et te in ueneratione
beate marie semp uirginis conlau
dare. benedicere et pdicare. que
et unigenitu tuu sci spe obumbra
tione concepit. et uirginitatis gla
ꝑ manente lumen eternu mundo
effudit. ihm xpm dnm nrm. Per qm.

Sumptis dne salu Co Diffusa est gra. Comp.
tis nre subsidiis. da qs eius nos pa

trocinis ubiq; protegi. meruimus ue
neratione hec tue obtulimus ma
iestati. ℣. De Patronis ecclę.

Propitiare qs dne nobis fa
mulis tuis p scorũ aplorum
tuorũ Petri & Pauli. & sci Choloman
ni mris tui merita gloriosa. ut
eorũ pia intercessione ab omnibus
semp protegamur aduersis. ℣. Sec.

Suscipiat clementia tua dne qs
de manibus nris munus oblatũ.
ut p scorũ aplorũ tuorũ Petri &
Pauli. & sci Cholomanni mris tui
orationes ab omnibus nos emundet
Diuina libantes Comp. peccatis. ℣.
mysteria dne quę p scorũ aplorũ
tuorũ Petri & Pauli. & sci Choloman
ni mris tui ueneratione tuę obtu
limus maiestati. pra qs. ut pea uem
am mereamur peccatorũ. & cęle
stis grę donis reficiamur. ℣.

CCXXXIXa

Concede qs De omnib; scis.
omps ds. ut intercessio noss
scę di genitricis MARIĘ sco
rumq; omniu aplorū mrm. con
fessorū. uirginū. & omniū electo
rum tuorū ubiq; lętificet. ut du
corū merita recolimus. patroci
nia sentiamus. Per eundē.

Sec.

Oblatis qs dne placare muneribus.
& intercedente beata di genitrice
MARIA cū omnibus scis tuis. a cunc
tis nos defende periculis. Per.

Comp.

Oblatis dne beatę MARIĘ sęp
uirginis & omnium scorū tuorum
cōmemorationē facientes sacra
menta cęlestia. pia qs. ut qd tem
poraliter gerimus. ętternis gaudiis
consequamur. Per.

Pl epis. & abbatib;

Omnes sem • pitine ds
qui facis mirabilia magna
solus. pfunde super famu

los & famulas tuas. & super cunc
tas congregationes illius commissas
spm gr̃ę salutaris. & ut in ueritate
tibi complaceant. ꝑpetuũ eis rore
tue benedictionis infunde. ℣. Sr̃ę.

Hostias dne famulorũ famularũq;
tuarũ placatus intende. & quas
in honore nominis tui deuota
mente, pro eis celebramus, pficere si
bi sentiant ad medelam. ℣. Comp.

Quos celesti recreas munere ꝑpetuo
dne comitare psidio. & quos fouc
re ñ desinis. dignos fieri sempiña
redemptione concede. ℣. Pro pace.

Exoij Da pacem dne sustinentibus te. ℣. Letatus sum.

Os aquo sea desideria recta con
silia. & iusta sunt opera. da
seruis tuis illã quã mundus dare
ñ potest pace. ut & corda nra man
datis tuis dedita. & hostiũ sublata
formidine. tempora sint tua, ꝑ

tectione tranquilla. ℣. Lect. I. Machabeor.
ndiebus illis. Oratione faciebant
sacerdotes dū offerrent sacrificia
um, pppto israt. ionatha in choan
te. ceteris autē respondentibus &
dicentibus. Bene faciat uobis ds
& meminerit testamenti sui quod
ad abraham. & ysaac. & iacob. locu
tus est seruorum suorū fidelium. &
det uobis cor omnibus ut colatis
eum. & faciatis eius uoluntatem.
Ad aperiat cor uīm in lege sua
& in pceptis suis. & faciat pace.
Exaudiat orationes uīas & recon
ciliet uobis. nec uos deserat in
tempore malo. dns ds uīr.

℟ Letatus sum. ℣ E via.

Ostende nobis domine misericordiam tu
am & saluare tu um
da nobis.

Pcte & dabitur. Feria Letania maiore.

℣ Sicut in holocausto arietum. ℟ Sic.

Os qui credentes in te ppl̃os nullis fimis concutis terroribus. dignare p̃ces & hostias dicatę tibi plebis suscipere. ut pax tua pietate concessa. xp̃ianorum fines ab omni hoste faciat ē̃ securos. ℟. Cō̃ Amen dico uobis quicquid. Camp.

Ds auctor pacis & amator quē nosse uiuere cui seruire regnare ē̃; precor ab omib̃ impugnationibus supplices tuos. ut qui in defensione tua confidimus. nullius hostilitatis arma timeamus. ℟. Pro serenitate.

A domo tua qs dne spuales neq̃ acię repellantur. & aeriarum discedat malignitas tempestatum. Offerimus tibi dne laudes & munera, pconcessis beneficiis gias referentes. & pconcedendis semper supplicitter deprecantes. ℟. Comp.

Omps semp ds qui nos castigando

sanas & ignoscendo conseruas. pia
supplicibus tuis. ut & tranquilla
tatis hui⁹ optatę consolatione lęte
mur: & dono tuę pietatis semper
utamur: ℣. Pro sterilitate terrę:

um sanctificatus fuero in uo bis congregabo uos
de uniuersis terris & effundam super uos aquam mun
dam & mundabimini ab omni bus inquinamentis ue
stris & dabo uobis spiritum nouum. ℟. Benedicā dno.

Ds in quo uiuimus mouemur
& sumus. pluuiā nobis tribue
congruentē. ut presentibus subsi
diis sufficienter adiuti. sempiterna
fiducialius appetamus. ℣. Lectio Hieremię ppheę.
In diebus illis. Locutus ē hiere
mias ad dnm dicens. Hunquid pi
ciens abiecisti iudam. aut syon ab
hominata ē anima tua. Quare ergo
pcussisti nos. ita ut nulla sit sanitas.
Expectauim⁹ pacē & n ē bonum. &
tempus curationis. & ecce turbatio.

Cognouimus dne impietates nras
& iniquitates patrũ nrorũ. quia
peccauimus tibi. Ne nos des in opp
brium, ppter nomen tuũ. neq: fa
cias nobis contumeliã. Soli gloriẹ
tuę recordare: ne irritũ facias fę
dus tuũ nobiscũ. Nunq̃d sunt in
sculptilibus gentium qui pluant.
aut cęli possunt dare ymbres.
Nonne tu es dns ds nr. quẽ expec
tauimus. Tu enim fecisti omnia hec
dne ds nr. GR. Oculi omni um in te
speram domine & tu das illis es
cam in tempore opportuno.
Aperis tu ma num
tu am & imples omne ani mal
benedictione. Tevia
Verba me a auribus per cipe do mine
intelle ge clamorem meum.

Illo t. Dix. d. i. d. ss. Secm Lobem.

Misereor turbę. quia iam triduo

pseuerant mecū. & n̄ habent qd̄
manducent. Et dimittere eos ieiu
nos nolo. ne deficiant in uia. Et di
cunt ei discipuli. Vnde g̃ nobis in
deserto panes tantos. ut saturem
tantā turbā. Et ait illis ihc. Quot
panes habetis. At illi dixer̄: Septē.
Et paucos pisciculos. Et p̄ecepit tur
bę. ut discumberent sup terrā. Et acci
piens septē panes & pisces. & gras
agens fregit. & dedit discipulis suis.
& discipuli dederunt pplo. Et co
mederunt omnes. & saturati sunt.
Et quod supfuit de fragmentis. tu
lerunt septē sportas plenas. Erant
aū qui manducauer̄ quasi quatu
or milia hominū. extra paruulos
& mulieres. OF. Sicut in holocausto.
Oblatis dne placare muneribus. &
oportunum nobis tribue pluuię
sufficientis auxilium. Et. Com.

Honora dominum de tua. Comp.

Omps sempitne ds. qui saluas oms
& nemnē uispire. aperi fontē be
nignitatis tuę. & terrā aridā aqs
fluenta celestis dignanter infunde. ℣.

Sicut oculi seruorum In undatione pluuię.
in manibus domino rum su orum ita ocu
li nostri ad dominum de um nostrum do
nec misereatur nostri miserere nobis domine
miserere no bis. ℣. Ad te leuaui oculos.

Ad te nos dne clamantes exaudi.
& aeris serenitatē nobis tribue
supplicantibus. ut qui ppter
cattis nris iuste affligimur: mia tua
pueniente clementia sentiamus. ℣.

Consurge lauda lectio Hieremię. pph
in nocte. in principio uigilia
rum. Effunde sicut aquā cor tuū.
ante conspectū dni. Leua ad eum
manus tuas panimabus paruulo
rū tuorū qui defecerunt in fame.

in capite omniũ competorũ. Vide
dñe & considera. quẽ undemia
risita. Ergone comedent mulie
res fructũ suũ. paruulos admen
suraã. Si occidetur in sciario dñi
sacerdos & ppheta. Inundauerunt
aque super caput meũ. dixi peri.
Inuocabo nomen tuũ dñe. de lacu
nouissimo. Vocẽ meã audisti. ne
auertas faciẽ tuã a singultu meo
& clamoribus. Appinquasti in
die quando inuocauiue. dixisti
ne timeas. Iudicasti dñe causam
animę meę. redemptor uite meę
dñe ds ms. GR Propitius esto domine
peccatis nostris nequando dicant gentes
ubi est deus e orum. V Adiuua nos deus
salutaris noster
& propter bono
rem nominis tui domine liberanos.
Alla Ostende nobis. Sedm lucam.
In illo t. Factum ẽ in una dierũ.

& hic ascendit in naviculá. & disci
puli eius. Et ait ad illos. Transfrete
mus trans stagnũ. Et ascenderunt.
Hauigantibus aũ illis. obdormiuit.
Et descendit procella venti in stagnũ.
& periclitabantur. Accedentes autẽ
suscitauerunt eũ dicentes. Praecep
tor perimus. At ille surgens. increpa
uit ventũ & tempestatẽ aquę.
& cessauit & facta ẽ tranquilli
tas. Dixit aũ illis. Vbi ẽ fides vra.
Qui timentes miran sunt dicentes
ad invicẽ. Qui putas hic ẽ. Quia
& venti imperat & mari. & obe
diunt ei. OF Super flumina ba
by lõ nis illic sedimus & flevimus
dum recordaremur tui syon.

Preveniat nos qs dne gia tua Sec.
semper & subsequatur. & has obla
tiones quas pro peccatis nris nomini
tuo consecrandas deferimus benign

Deus qui beatum virtutem in puerili etate triumphante
ad huc triumphante coronasti et modestiam atque clementiam
eiusdem martyris sequiasti concede propitius ut quorum veneranda natalitia celebramus eorum etiam patrocinia apud te adiuvent per d.
Omnipotens sempiterne deus qui tuum nobis in vocatione sanctificata et per sororum martyrum tuarum virginum modesti et crescentii intercessionem nos a peccatorum vinculis purificata et tuis dignos conspectibus semper existere mereamur per dominum
Tua divine sacramenti perceptione et beatorum martyrum tuorum intercessionem et tu in nobis manere dignare et nos mite virginum manere concede per dominum :—·——

ADESTO DNE ORATIO.
supplicationibus nris. & uia
famulorũ tuorũ. qui. in salu
tis tue prospertate dispone. ut in
ter omnes uie & uite huius uari
etates. tuo semper protegant̃ auxilio. P.

ccxlvii

assume ut p intercessionē omni
um scōrū tuorū cunctis nobis pro
ficiant ad salutē. & aeris dent tē
periem. ℣. Co. Dominus regit me & nihil
mihi de e rit in loco pascu e ibi me colloca
uit super aquam refectionis educa uit me.
℟ omps ds clementiā tuā ut in Cop.
undantiā cohercias ymbriū. & hi
laritatē tui uultus nobis impuri
digneris. ℣. Pro inter agentibus.
Esto mihi in deum protectorem & in locum
refugii ut saluum me facias quoniam firma
mentum meum & refugium meum es tu & pp
ter nomen tuum duc mihi eris & enutries me.
℣. In te dne speraui. Lectio libri Genesis.
℟ diebus illis. Profectus ē isrl cum
omnibus quę habebat. & uenit ad pu
teum iuramenti. Et mactatis ibi uic
timis do patris sui ysaac. audiuit
cum p uisionē nocte uocantē se &
dicentē sibi. Iacob iacob. Cui respon

dit. ecce adsum. Ait illi ds. Ego su
fficit tibi gratia mea. nolli timere.
& descende in egyptum. quia in gente
magna faciam te ibi. Ego descendam
tecum illuc. & ego inde adducam te re
uertentem. GR Vniuer si qui te exspectant
non confundentur domine. ℣ Vias tuas do
mine notas fac mi
chi & se mitas tu as e doce me.

Alla. Ime dne. Secm Marcum.

In illo t. Dixit d. l. d. s. Euntes predicate
dicentes. quia appinquabit reg
num celorum. In quamcumq; autem ciui
tatem. aut castellum intraueritis. int
rogate quis in ea dignus sit. & ibi
manete donec exeatis. Intrantes autem
in domum. salutate eam dicentes. Pax
huic domui. Et si quidem fuerit do
mus digna. ueniet pax uestra sup eam.
Sin autem non fuerit digna. pax ad uos re
uertetur: Et quicumq; non receperit uos.

neq; audierit sermones uros. exeun
tes foras de domo uel de ciuitate. ex
cutite puluerem de pedibus uris. Am
dico uobis. tolerabilius erit terre so
domorum & gomorreorum in die iudi
cii. quam illi ciuitati. Of. Perfice gressus
meos in semitis tuis ut non moueantur uestigia
mea inclina aurem tuam & exaudi uerba mea
mirifica misericordias tuas qui saluos facis spe
rantes inte domine. Sec.

Propitiare dne supplicationibus nris.
& has oblationes quas tibi offerimus
pro famulis tuis benignus assume. ut
uiam illorum & precedente gratia tua di
rigas. & subsequente comitare dignen
ris. ut de actu atq; in colomitate eo
rum secdm misericordie tue prosidia
gaudeamus. Per. Co. Tu mandasti manda
ta tua custodire nimis utinam dirigantur uie
mee ad custodiendas iustificatio nes tuas. Comp.

Sumpta dne celestis sacramenta my

steria qs ut ad pspertatem tuneris
famulorũ tuorũ pficiant. & eos ad
salutaria cuncta pducant. ℣. Pru in
firmis.
Exaudi ds orationem meam & ne
despexeris deprecationem meam intende in
me & exaudi me. ℣. Contristatus sum in
Omps sempiterne ds salus eterna cre
dentium exaudi nos pinfirmo fa
mulo tuo pquo misericordie tue
imploramus auxilium. ut reddita
sibi sanitate grarũ tibi in ecclia tua
referat actiones. ℣. Lectio e. b. Iacobi apli.
Kmi. Tristatur aliqus vrm. oret
equo animo & psallat. Infirma
tur qis in vobis. induca pres bite
ros ecclie. & orent sup eum unguen
tes eum oleo in nomine dni. Et oratio
fidei saluabit infirmũ. & alleuabit
eũ dns. Et si in peccatis sit. dimitten
tur ei. Confitemini ergo alterutrũ
peccata vra. & orate pinuicem ut

CCxlvi

saluemini. GR. O iserere michi domine
quoniam infirmus sum sana me domine.
V. Conturbata sunt
omnia ossa mea et anima mea
turbata est ualde. Et tu Verba mea. Euglm.

Surgens ihc de sy. Rec in sabb p Lenie costen.
CO. Domine conuertere et eripe animam meam saluum
me fac propter misericordiam tuam. Sec.

Os sub cuius nutibus uniuersa nisi mo
menta decurrunt. suscipe pces et
hostias famuli tui, p quo misericordiam
tuam egrotanti imploramus. ut de
cuius periculo metuimus. de eius
salute letemur. P. CO. Redime nos de
us israhel ex omnibus angustiis nostris.

Os infirmitatis humane singulare
presidium auxilium tuum sup infirmum
nrm ostende uirtutem. ut ope mise
ricordie tue adiuuemur. ecclie tue
sce in colomis repsentari mereatur. P.

Missa pro peccatis.

Si iniquitates obseruaberis domine domine
quis sustinebit quia apud te propitiatio est
deus israhel. P De profundis clamaui.
Exaudi qs dne supplicũ pces. & c̃
fidentium tibi parce peccatis.
ut pariter nobis indulgentiam
tribuas benignus & pacẽ. ℣. Ait here
In diebus illis. Orauit hieremi mie pr
as ad dn̄m & dixit. Si iniquitates
nr̄e respondent nobis. dne fac pp
ter nomen tuũ. quo multe sunt
auersiones nr̄e. Tibi peccauimus
expectatio israel. saluator noster in
die tribulationis. Cognouimus dne
impietates nr̄as. & iniquitates pa
trum nr̄orũ. quia peccauimus t̄.
Ne nos des in obprbriũ. pter nomen
tuũ. neq; facias nobis contumeliã.
Solui gte tue recordare. ne irritũ
facias fedus tuum nobiscũ. dne ds
noster. GR. Propitius esto. Alia Domine ds mis.

CCxlvii

Hilt. Dixit. v. l. v. s. Secm Marcum.

Habete fidem dei. Amen dico uobis.
quia siquis dixerit huic monti'
tollere & mittere in mare. & nhesita
uerit in corde suo. sed crediderit
quia quodcunq; dixerit fiat. fiet
ei. Propterea dico uobis. Omnia que
cuq; orantes petitis. credite quia ac
cipietis. & uenient uobis. Et cu sta
bitis ad adorandu. dimittite siquid
habetis aduersus aliquem. ut & pa
ter uester qui in celis dimittat uobis
peccata ura. Quod si uos ndimiseri
tis. nec pater ur qui in celis dimit
tet uobis peccata ura. of. 122 De profundis.
Hostias tibi dne placationis Sec.
offerimus. ut & delicta nra misera
tus absoluas. & nutantia corda
tua dirigas. ℣. Co. 120 Dico uobis gaudiu. Com.
ra nobis dne qs eterne saluator:
ut percipientes hoc munere ueni

am peccatorū. deinceps peccata uitem.

Omnia quē fecisti nobis ℣ quacūq; tribulation
domine in uero iudicio fe cisti quia peccau
mus ti bi & mandatis tuis non obediui mus sed
da gloriam nomini tuo & fac nobiscum secun
dum multitudinem misericordie tue. ℣ Magnus d.

Ds qui contritorū ñ despicis gemi OR
tū. & merentium ñ spernis affec
tum. ad esto precibus nris quas tibi
in tribulatione nra effundimus. easq;
clementer suscipiens tribuas ut q̄d
q̄d contra nos diabolice atq; huma
ne moliuntur aduersantes ad nichi
lū redigatur: & consilio pietatis tue
allidatur: ut nullis aduersantib̄
lesi. sed de omni tribulatione & an
gustia erepti. leti in ecclia tua sca.
tibi gias referamus. ℣. Lect. Danhelis. p
In diebus illis. O rauit daniel dicēs.
Dne ds nr qui eduxisti ppl'm tuum
de terra egypti in manu forti. &

fecisti tibi nomen sedm diem hanc.
peccauimus iniquitatē fecimus in
dñe in omnem iusticiā tuā. auertat
obsecro ira tua & furor tuus a ciui
tate tua hierlm. & monte sco tuo.
Sp̄ter peccata enī nra & iniquita
tes patrū nrorū. hierlm & ppls tu
us in obpbriū sum omnibus circu
itū nrm. Hunc g exaudi ds nr
orationē serui tui & preces eius. &
ostende faciem tuā super sciariū
tuū quod desertū ē. Sp̄ter temetip
sum inclina ds meus aurē tuā &
audi. aperi oculos tuos & uide de
solationē nrām & ciuitatē super
quā inuocatū ē nomen tuū. Non
enī in iustificationibus nris pster
nimus pces ante faciem tuā. sed
in miserationibus tuis multis. Ex
audi dñe. placare dñe. adtende &
fac. Ne moreris ppī temetipsū ds

meus. quia nomen tuũ muocatũ ē
super ciuitatem & super ppl'm tu
um dñe ds nr: GR E xurge do mi
ne fer opem nos bis & li be ra
nos propter nomen tu um.
℣ Deus auri bus nostris audi mus pa
tres nostri adnuntiauerunt nobis opus quod
operatus es in die bus eorum in die
bus antiquis. Alla Ostende.

IN illo t. Dicebat ihe discipulis S. lucan
suis parabolã hanc. quõ oportet
semp orare & non deficere dicens.
Iudex quida erat in quadã ciuita
te. qui dm ñ timebat. & hominem
ñ reuerebat. Vidua aũ quida erat
in ciuitate illa. & ueniebat ad eũ
dicens. Vindica me de aduersario
meo. Et nolebat p multũ tempus.
Post hec aũ dixit intra se. Et si dm
ñ timeo. nec hominẽ reuereor: ta
men quia molesta ē mihi hec ui

dua uindicabo illa. ne in nouissimo
uenient suggillet me. Ait aut dns.
Audite quid iudex iniquitatis di
cit. Ds autem non faciet uindictam elec
torum suorum clamantium ad se die ac
nocte. & patientia habebit in illis.
Dico uobis. quia cito faciet uindic
tam illorum. OF. Sperent in te omnes qui
nouerunt nomen tu um domine quoniam non
de relinquis querentes te psallite domi no
qui habitat in syon quoniam non est ob
li tus oratio nem pauperum. SEC.
S qui tribulatos corde sanas. & me
stificatos actu iustificas. ad hanc
ppitius hostia dignanter adtende.
quam tibi pnia offerimus liberatio
ne tua hec benignus accipe. & nia
ppitius pquibus offerimus dimitte
peccata. tribulationis nrae adtende
miseriam. & angustiarum nrarum
submoue pssuram. ut exutti omib

que patimur malis. mihi uis semper
delectemur exultare iudicis. ℣.

Co. Tu domi ne seruabis nos & custodies nos
a generatione hac in eternum. Comp.

Omitte ds peccata nra. & tribue no
bis misericordiam tuam quam sacramen
ti participatione exquirimus. ut
nram humilitatem adiuendas. uincula
soluas. delicta deleas. tribulationem
inspicias. aduersitatem repellas. ef
fectumq; petitionis nre clementer
exaudias. ℣. Quando temptatio uener sup

Omine ne longe facias auxilium tuum a
me ad defensionem meam aspice libera me
de ore leonis & a cornibus unicornium hu
militatem mea am. ℣. Ds ds meus respice.

Protege me dne tuis mysteriis ser
uientem. ut diuinis rebus & corpo
re famuler & mente. ut temptatio
nem illam quam super me pualere cog
nosco. per auxilium mie tue sentiam

ccl

cessare. ℣. Confortamini in dño.

Re. dñica. xxi. post pentecosten. GR. Ab occultis

me: et munda me domine: et ab ali

e: nis parce seruo tuo.

℣. Si mei non fuerint domina tu

tunc immaculatus ero et emundabor a delicto maximo. Alla. Eripe me de.

Ihsu. T. Dix. d. l. d. s. S. Luca.

Ecce dedi uobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones. et super omnem uirtutem inimici. et nichil uos nocebit. Verumtamen in hoc nolite gaudere. quia spiritus uobis subiciuntur: gaudete autem quod nomina uestra scripta sunt in celis.

℣. Custodi me domine de manu peccatoris et ab hominibus iniquis eripe me domine.

Sec.

Sacrificium dñe quod tibi immolamus mundet. ut ab omni nos tuum tentatio misericordia uestra bellorum nequicia et in

tuę protectionis securitate constituat. ℣.

Cō Ab occultis meis munda me. Comp.

Protector nr aspice ds. & ab hostium temptationis diabolicę nos defende periculis. ut omi perturbatione sub mota. liberis tuis mentibus seruiam. ℣

Ne deres linquas me domine Missa ppa sacdotis

deus me us ne discedas a me intende in ad

iutorium me um domi ne uirtus salutis mee.

℣. Domine ne in furore. Oratio.

Supplicter te ds omps qui es cre

ator omiū rerū deprcor: ut dum

me famulum tuū coram omipotentia

maiestatis tuę graiter deliquisse e

fitcor: manū mi sedię tuę mihi por

rigas. quatenus dum hanc oblatio

nem tuę pietati offero. qd nequit

admisi clementissime digneris ab

soluere. ℣. Lectio libri Hesdrę:

Os mis confundor & erubesco le

uare faciē meā ad te. quō mi

quitates mee multiplicate sunt
super caput meum. delicta mea creue
runt usq; ad celos. quia peccauj gra
uiter usq; ad diem hanc. Obsecro
dne. sit auris tua intendens ad ora
tionem serui tui. et dirige seruum tu
um. et da ei miam tuam ante te. Tu
ds misericors et pitius et longani
mis et multe miserationis. ne dere
linquas me et ne auertas faciem tuam
a me. quo ds miserationum et clemens
tues. GR. Esto mihi in deum protectorem
et in locum re fugij ut saluum me fa
cias. V. Deus in te speraui domine
non confun dar in eternum.
Alla Eripe me de inimicis. Duo homines.
Recvire hdnica. xi. ppe. OF Audi ds orat. Sec.
O s mie. ds pietatis. ds indulgentie.
indulge queso et miserere mei.
sacrificium quoq; qd pietatis tue gia
humiliter offero. benigne dignare

suscipere: & peccata quę labentibus
uicinis contraxi. prius & ꝑpetuus ac
miseratus indulgeas. ut ꝑtua pie
tate & loco pęnitentię ac flumine
lacrimarũ concesso. uenia ate me
rear accipere. ℣. Co. Ab occultis meis. Cop.

Misericors & miserator dñe qui par
cendo sustinas. & ignoscendo sci
ficas. da mihi ꝑhęc sca quę sumpsi
indignus purificationẽ mentis &
corporis. & mearũ absolutionem
culparum. ℣. Pro episcopo.

Protector noster: Quam dilecta.

O s omniũ fidelium pastor & rec
tor: famulũ epm. N. quẽ pasto
rem ecclę tuę ꝑ ce uoluisti. ꝑpitu
respice. da ei qs uerbo & exemplo
quibus ꝑ e ꝑficere. ut ad uitã una
cũ grege sibi cre dito pueniat
sempiternã. ℣. Vl. Deuteronomii.

Hęc dicit dns. Venient sup te

uniuersę benedictiones istę. & ap
prehendent te. Benedictus tu in ci
uitate. & benedictus in agro. Bene
dictus fructus tuus. & fructus ter
rę tuę. fructusq; iumentorū tuo
rū. greges armentorū tuorū. & cau
lę ouium tuarū. Benedicta horrea
tua. & benedictę reliquię tuę. Be
nedictus eris ingrediens & egrediens.
Dabit dn̄s inimicos tuos qui consur
gunt aduersum te. corruentes in
spectu tuo. Per unā uiā uenient ad te.
& per septē fugient a facie tua. Susci
tabit te dn̄s sibi in sacerdotē mag
num sicut iurauit t. uidebuntq;
omnes terrarū ppli. qd nomen dn̄i
inuocatū sit super te. GR. Salu um
fac ser uum tu um de us me us
speranem in te. ℣ Auribus per
cipe do mine orationem me am.

Alla Elegit te dn̄s. Secm Matheum.

In illo tp. Dixit dnus petro. Quis putas est
fidelis dispensator & prudens. quem
constituit dnus super familiam suam.
ut det illis in tempore tritici men
suram. Beatus ille seruus. quem cum
uenerit dnus inuenerit ita facientem.
Vere dico uobis. quod super omnia que
possidet constituet eum. Of Illu mina
oculos me of nequando obdormi am
in mor te ne quando dicat inimi
cus meus preua lui aduersus e um.

Oblatus qs dne placare muneribus. Sec
& famulum tuum. ꝗ. quem pastorem ppli
tuo esse uoluisti. assidua precatione
guberna. ꝑ. Co. Illumina faciem tuam su
per seruum tuum & saluum me fac in tua mise
ricordia domine non confundar quoniam
inuocaui te. Com Hoc nos qs dne diui
ni sacramenti perceptio precatur. & fa
mulum tuum. ꝗ. quem pastorem ecclesie
tue esse uoluisti. una cum grege sibi

I cõmisso. saluet semp ꝗ muniat. ℣.
Inclina domine aurem. ℟. Letifica. Pro Abbe.

Concede qs dne famulo tuo
abbati nro. N. ut pdicando ꝗ
exercendo quę recta sunt. exemplo
bonorũ operũ animos suorũ instru
at subditorũ. ꝗ ęternę remune
rationis mercedem ab piissimo
patre percipiat. ℣. Lectio ysaię pphe.

Hęc dicit dns ds. Audi iacob
serue meus. ꝗ israel quẽ elegi.
faciens ꝗ formans te abutero auxi
liator tuus. quia ego sum qui de
leo iniquitates tuas. ꝗ peccatorũ
tuorũ nõ recordabor. Reduc me in
memoriã. ut iudicemur simul. Nar
ra siquid habes. ut iustificeris. Noli
timere serue mus iacob. ꝗ rectissime
quẽ elegi. Effundã enim de spũ meo
sup semen tuũ. ꝗ benedictionem
meã sup generationẽ tuã. dicit dns

Iomps. GR. Saluum fac s. Alla Intr. dne spaui.
in illo t. diē v. 1. v. s. Sedm Iohannē.
Qui habet mandata mea & seruat
ea. ille est qui diligit me. Qui autē
diligit me. diligetur a patre meo.
Et ego diligam eū. & manifestabo
ei me ipsum. OF. In te spera ui
domine dixi tu es deus me us in ma
nibus tuis tem pora mea. SEC.
Munera nra qs dne suscipe placat.
& famulum tuū ꝗ. semp & ubiq;
misericorditer, prege. P. CO. Illumina f.
Hec nos dne qs comunio mun Comp.
det a crimine. & famulū tuū ꝗ.
benigna pietate conseruet. P.
Respice domine mit. Pro Congregatione.
Defende qs beata MARIA semp
uirgine intercedente dne ds
nram ab omni aduersitate congre
gationē. & ubi toto corde, pstitā.
ab hostium, ppitius tuere clement

insidiis.℣.

Lectio f. B. P. A. Ad thesalo.

℟s. Rogamus uos corripite inquietos consolamini pusillanimes suscipite infirmos patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat. sed semper quod bonum est sectamini minuicem et in omnes. Semper gaudete sine intermissione orate. in omnibus gratias agite. Hec enim est uoluntas dei in xpo ihu. in omnibus uobis. Spm nolite extinguere. prophias nolite spernere. Omnia autem probate quod bonum est tenete. ab omni specie mala abstinete uos. Ipse autem deus pacis sanctificet uos per omnia. ut integer spc uster et anima et corpus sine querela. in aduentu dni nri ihu xpi seruetur. ℟. Protector noster aspice deus et respice super seruos tuos. ℣. Domine deus uirtutum exaudi preces seruo

rum tuo rum. Sedm Math.

In illo t. Respiciens ihe discipulos suos. dixit symoni petro.
Si peccauerit in te frr̃ tuus. uade & corripe eũ inter te & ipsum solum.
Si te audierit. lucratus es frrem tuũ.
Si aũ te ñ audierit. adhibe tecum adhuc unũ uel duos. ut in ore duorũ uel trium testium stet omne uerbũ. Quod si ñ audierit eos. dic ecclę.
Si aũ ecclam ñ audierit. sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen dico uobis. quecũq; alligaueritis super terrã. erunt ligata & in cęlo. Et quecũq; solueritis sup terrã. erunt soluta & in cęlo. Iterũ dico uobis. quia si duo ex uobis consenserint sup terrã de omni re quãcũq; petierint. fiet illis a patre meo qui in cęlis est.
Ubi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo. ibi sũ in medio eo

ccl v

rum. Tunc accedens petrus ad eũ
dixit. Dnĕ. quotiens peccabit in
me frr̃ meus. & dimittam eiusq;
septies. Dicit ei ihc. Non dico tibi usq;
septies. sed usq; septuagies septies.

℣. Deus tu conuertens uiuifica bis nos
& plebs tua letabitur in te. ostende no
bis domine misericordiam tuam. & sa lu
tare tuum da no bis. Sec.

uscipe qs clementer omps ds nrę
oblationis deuotionis. & puri tuę
huius sacramenti tuę maiestatis
famulos a cunctis pręque aduersita
tibus. ℟. Co. Tu do mine seruabis nos &
custodies nos a generatione hac in eternum.

umptus redeptionis nrę mune Com.
ribus. pia qs misericors ds eorũ cę
lebratione nobis tuę pitectionis cę
lestia omnes aduersitates subsidiũ. ℟.

ꝰ qui famu Item alia. p egregat.
los tuos hoc in loco subsca pro

fessione degentes. de tempestatibus
huius seculi eruisti. et ad portum
monasterii et quietis venire fecisti.
concede, ppitius. ut hic et mp̃ pecu
um te auxiliante saluentur: ℣. Sec̃.

Oblatiũ tibi dñe sacrificiũ. famulos
tuos in hoc loco conuersantes. sẽ
ficet semp̃ et munias. ℣. Com̃.

Diuina q̃s dñe mysteria hui congre
gationis fr̃es muniant ubiq; et pu
gant. et tuis faciant inherere man
datis. ℣. Pro nouiter professis.

Letetur cor querentium dominum querite
dominum et confirmami ni querite faciem eius
semper. ℣. Confitemini dño et inuocate. Or̃.

Omnipotens sempit̃ ds qui arta̅ et angu
stam uia̅ arripere iussisti. famu
lum tuum. N. de huius seculi periculis ad
te confugientem ppitius suscipe. et
delictorũ pena̅ qua se constrictum
sentit clementer disrumpe. pseuc

ramuäq; bonis opis. & p̃mia ei largi
re ꝓpetua. ℣. lectio Ezechielis ꝓphe.

Hec dicit dn̄s ds. Anima que pec
cauerit. ipsa morietur: Filius
non portabit iniquitatē patris. &
pater ñ portabit iniquitatē filii.
Iustitia iusti super eū erit. & impi
etas impii erit super eū. Si autem
impius egerit penitentiā ab om
nibus peccatis suis que operatus
